



Mosheim / Joh: L. aur: / diff. de Cireles in
Christi, Helmst. 1740

pfaffij / Christoph: Matth: / diff.
de Celo Beatorum, Tübinge
1722

Rendonij / Amb: / Theser de
Symbolo Apostolico, jene
1589

diff. de Deo ac tribus
personis, jene 1589.

11

DISSERTATIO THEOLOGICA
DE
ABVSV PSALMI CIX
IMPRECATORII

VVLGO
Som Gott - Beten

ANNO MDCCVIII.

SVB PRAESIDIO
IO. ANDREAE SCHMIDII
ABBATIS MARIAEVALLENSIS

ET
THEOLOGI IN ACAD. IULIA CELEBERRIMI
PUBLICE HABITA
NVNC VERO
REVISA ET AVCTIOR EDITA

A

M. IO. FRIDR. HEINE
COENOBII MARIAEBERGENSIS SVBVREBII
OCCIDENTALIS HELMSTADIENSIS ET EMMER.
STADII PASTORE.

HELMSTADII MDCCXXXV.
TYPIS EUCHOLTZIANIS.

DISSERTATIO THEOLOGICA
DE
YBSA ISALMI CIX
IMPLICATORI
1603
IO. ANDREAE SCHMIDII
LAMMAS MARIAE AVTENTIA
THEOLOGICIS AC DOCTRINALIBUS
BIBLIIS HABITAT
M. IO. BRIDOR HEIN
COPROMONI MARIANAE
CONSTITUTA ET INSTITUTA
POLYGRAPHIA
ET LIBRARIA



§. I.

Vando materiam dissertationis theologicæ non ita pridem elegi, abusum scil. psalmi, secundum hebræos centesimi noni, juxta versionem vulgaratam vero centesimi octavi, & mihi dictum volui, quod Chrysostomus (a) sub initium explicationis in præsentem psalmum auditoribus suis inculcavit. Magna hic nobis, inquit, prudentia opus est. Verba enim, si consideretur sola prolatione, & quæ est ad manum auditio, perturbant multos eorum, qui non attendunt. Totus enim psalmus plenus est execratione, & per eam universa pervasit oratio, ejusque, qui dicit ferventem & ardentem quandam iram indicat, quæ non contenta eum ulcisci, qui facit injuriam, sed etiam in filios, patrem, & matrem extendit supplicium: & non una ei sufficit calamitas, sed etiam mala malis conjungit. Ut ergo & ego prudenter pro viribus meis in hac tractatione incedere possum, a scopo meo alienum minime judico, si de psalmi illius argumento, nec non de eo, sub cuius persona, & contra quos, execrationes fuerunt prolatæ, pauca quædam fuerint præmissa, ut dein eo melius abusus iste rejici damnarique possit.

§. II. Deprehendimus autem in hoc psalmo, si a persona adhuc abstrahere velimus, (1) acerbam querelam, quam querens apud Deum, (in quo laudem suam totam consistere dicit,) texit & deponit de odiis, crudelitate, fraudibus, dolis & malitia suorum hostium in se

A
(2) In expos. hujus psalmi pag. m. 270, imme-

immeritum: atque ita sibi aditum parat ad attentionem
tum a natura Dei , tum a persona adversariorum , & sua
a versu 1. ad 5. (2) Subjicit horribilem imprecationem
in adversarium , ab omni pietate & humanitate alienum.
In ea male precatur ille tum ipsi adversario speciatim vers.
6- 8. tum familiae vers. 9. sq. tum etiam bonis, honoribus,
& nomini illorum omnium coram hominibus, vers. 11- 13.
tum saluti coram Deo vers. 14. seq. Inde imprecationis
causa subjicitur vers. 16- 18. & ejusdem summa, apposita
similitudine vers. 19. & brevi repetitione , ad majorem
emphasim , proponitur vers. 20. (3) addit precationem,
qua Deum orat pro salute sua, a natura, fædere , & gloria
Dei vers. 21. & sua persona miserrima & omni ope de-
stituta vers. 22 - 25. Quam precationem subsequentibus
versibus ita continuat, ut simul imprecationis summarum
repetat. (4) Psalmum concludit professione sua erga
Deum offici & grati animi vers. 30. addit ratione vers. 31.
quod Deus suorum sit liberator.

§. III. Si porro de persona querente, imprecante,
precante , & gratitudinem offere nte , nec non de illis,
contra quos imprecations directæ, disquisitionem in-
stituamus , extra controversiam putamus , hunc psal-
mum Davidi , ipsa inscriptione & testimonio Petri testi-
bus , esse adscribendum. An vero David unice ad se
suaque tempora, an vero ad futura , & quæ illa, respiciat?
inter diversarum sectarum autores non convenit. Sunt,
qui prius eligunt, & inter hos Judæi, quasi David imprece-
tur Sauli, (a) præcipue, vel Doego, (b) & Ahitophel, aliisq;
persecutoribus & hominibus ingratiss; vel de illis, per im-
precandi modum, prædicatore, ut sint in potestate impiorum
& diabolus dirigat manus ipsorum ad malum faciendum:
& id in Saule inpletum esse , quando traditus est in po-
testatem spiritus mali exagitantis ipsum, & dirigentis ma-
num,

(a) 1. Sam. XXVI, 19. (b) 1. Sam. XXI, & XXII.

num, ut lancea transfoderet Davidem: exiisse eundem condemnatum, cum fuerit a Samuele judicatus, quod violaverit Dei præceptum de interficiendo Amalech, & omnibus, quæ erant ejus: & orationem sacrificiumque de oblationibus viætimarum ab eodem Saule factum, imputatum ei ad peccatum: ex vivis eundem citius, quam naturaliter debuisset, sublatum esse, atque ipsius episcopatu, hoc est, auctorati, gubernationi, præfecturæ, regno successisse alium, nimirum Davidem: filios Saulis factos esse orphans, & uxorem ejus viduam; septem filios postulatos ad mortem: bona ipsius ad extraneos pervenisse, & sic in reliquis. Sunt vero alii, qui volunt, Davidem, ex totius populi persona prophetantem, futura tempora respexisse, quando ecclesiam Judaicam variis afficiant calamitatibus vel externi hostes, vel quidam in populo, religionis veræ corruptores. Ex hoc supposito quidam (a) transferunt hunc psalmum ad principes illos, qui reversum de Chaldaea populum criminacionibus falsis ad reges persarum deferentes ab ædificando templo, urbeque restituenda impediverunt. Aliquis (b) psalmus hic sub Maccabæorum persona canitur, deplorantium, quæ ab exteris, & domesticis adversa pertulerint, postulantiumque ultionem in eos, qui Antiochum, vel Demetrium reges in eorum odia, criminacione falsa, succenderant, quique venalem fecerunt sacerdotii dignitatem: quod non tantum excluso Onia factum est, sed per omne tempus deinceps, quo Judæa maccabæis præliantibus est liberata. Tandem quidam eundem referunt (c) ad tempora Christi, cum a vers. 6. continetur prædictio de Caipha, qui *peccator* dicatur, quia ultimum consilium dedit de morte Christi, & prædicatur constituerendus super, sive contra Christum; quia permisus est, id

(a) Agell. comment. in psalmi, & hujus argumento pag. 584.
 (b) Beda comment. in psalmi hujus argumento p. m. 827. licet illum postea ad Christum transferat. (c) ut Lyra, Ricklius, & alii.

consilium dare, & postea adductum ad se condemnare; item diabolus stare a dextris ejusdem Caiphæ, quoniam ad id ille eum excitavit, ut pro auctoritate alios ad idem traheret.

¶ IV. Communis vero sententia, cui & nos subscrivimus, est illa, quæ statuit, Davidem sub persona Messiae instinctu Spiritus Sancti psalmum hunc protulisse. Beda loco citato id probare vult ex psalmi hujus titulo, quem ipse habet sequentem: *in finem psalmus David.* Christus enim est $\Delta\&\Omega$, $\alpha\chi\eta\tau\alpha\tau\omega$. Apocal. I, 8. XXI, 6. $\tau\alpha\tau\omega$ *reus* Rom. X, 6. in cruce clamans: $\tau\alpha\tau\omega\tau\alpha$ consummatum est Joh. XIX, 30. imo ipse est $\tau\alpha\tau\omega\tau\alpha$ terminus & complementum omnium bonorum. Vbi negare non possumus LXX. vertisse hebræorum $\tau\alpha\tau\omega\tau\alpha$ per *us* $\tau\alpha\tau\omega$, & vulgatam: *in finem*: Augustinum etiam jam ante probasse hanc sententiam, dum ita scribit: (a) *in finem quid sit, novimus, si Christum novimus.* Dicit enim Apostolus, finis legis Christus est ad justitiam omni credenti: *finis non consumens, sed præficiens.* Verum enim vero in fonte non legitur $\tau\alpha\tau\omega\tau\alpha$ victori, vel in *victoriam*, quæ est omnis certaminis finis; sed $\tau\alpha\tau\omega\tau\alpha$ præcentori, vel canticorum magistro. Præterea si hic titulus perpetuo indicaret psalmum aliquem agere de Christo, sequeretur omnes psalmos, hoc titulo ornatos, primario agere de Christo, quod tamen falso est; & eos, qui de Christo agunt, debere titulum illum præferre, quod iterum lectioni repugnat. (b) Certiora habemus ex ipsius Spiritus Sancti interpretatione, (c) qui particulam psalmi transfert ad Judam Christi proditionem, atque hac ratione simul indicat, psalmum hunc agere de Christo. Observavit id Augustinus, (d) sub initium explicationis suæ ita scribens:

(a) In psalm. XXX. p. m. 35. F. (b) Confer. Hakspan. not. phil. part. 2. ad Ps. IV. pag. 18. Du. Soutag. in tit. psal. p. 102. seq.
(c) Act. I. 16. 20. (d) enarrat, in psalm. CVIII. p. m. 274. K.

Psalmum illum de Christo habere prophetiam, quisquis aetius apostolorum fideliter legit, agnoscit, ubi de Christi traditore Iuda prophetatum est, quod hic scriptum est: fiant dies ejus pauci, & episcopatum ejus accipiat alter: quando Matthias in locum Iuda ordinatus numero Apostolorum duodecimus adjunctus est, evidenter apparet. Idem cum eo sentit Theodoretus, inquiens: (a) Salutarem passionem, Judaeorum furorem, & Judae proditionem hic psalmus praecinit. Deducit vero nos in hunc sensum magnus etiam Petrus, concionem habens, Judae proditionem insinuans, & hinc vaticinationem declarans. Augustinus in prima enarratione in psalmum hunc totus in eo est, ut monstraret, quomodo diræ istæ in Judam quadrent. Hoc utique meruit, inquit, ut super se habeat diabolum, id est, diabolo subditus sit, qui Christo subditus esse noluit. Stetit, diabolus a dextris ejus, quando præposuit avaritiam sapientiae, & pecuniam saluti suæ, ut eum traheret, a quo debuit possideri, ne ab ipso possideretur cuius opera ipse Christus solvit, a quo noluit possideri. Cum judicatur, exeat condemnatus. Noluit enim talis esse, qui diceretur, intra in gaudium domini tui: sed talis, de quo dicitur: projicite eum in tenebras exteriores. Et oratio ejus fiat in peccatum: quoniam non est justa oratio, nisi per Christum, quem vendidit immanitate peccati. Oratio autem, quæ non fit per Christum, non solum non potest delere peccatum, sed etiam ipsa fit peccatum. Dies ejus apostolatus pauci fuerunt, quoniam ante passionem domini scelere ipsius & morte consumti sunt; & sic in reliquis. Idem vero Augustinus, & cum eo alii ita respiciunt Judam, ut non excludant Judæ complices impunitentes, omnesque perfidos Judæos. Hinc eodem in loco dicit: Si de illo uno homine omnia? quæ hic in "malo dicta sunt, intelligere conemur, expositionis ratio" non omni modo, aut vix, valebit occurrere. Si autem "de"

(a) Interpret, in Psalmum CVIII, p. m. 842.

„de tali genere hominum malorum, id est, inimicorum Christi, ingratorumque Judæorum, omnia mihi videntur posse clarius aperiri. Sicut enim quædam dicuntur, quæ ad apostolum Petrum proprie pertinere videantur: nec tamen habent illustrem intellectum, nisi cum referuntur ad ecclesiam, cuius ille agnoscitur in figura gessisse personam; ita Judas personam quodammodo sustinet inimicorum Christi judæorum, qui &tunc oderunt Christum, & nunc per successionem perseverante genere ipsius impietatisoderunt. Hinc in expositione secunda ejusdem psalmi, quæ ante Judæ applicaverat, postea etiam Judæis convenienter tribuit. Nimirum populus Judaicus, repulso a se Christo, factus est subditus diabolo, & quia in nequitia & infidelitate persistens thesaurizavit sibi iram in die iræ, & revelationis justi judicii. Oratio ejus, quia non fit per mediatorem Dei & hominum, fit in peccatum. Dies regni ejus fuerunt pauci, quia illud postea diu non perseveravit. Episcopatum ejus accepit alter, populus scil. gentium; & sic in reliquis.

§. V. Augustino & Theodoreto consentiunt plures antiquiores & recentiores tum in hoc, quod psalmus referendus sit ad Christum, tum in isto quod vel Judam vel Judæos simul respiciat. Ex illis nominamus Chrysostomum (a) (qui quæstione: *de quonam ergo dictus est psalmus?* responderet: nonnulla de Juda, reliqua de aliis: hic enim est prophetiæ modus, qui saepè occurrit, ut proœmia in hunc, in alium autem dicantur reliqua: & sic in thesi cum illis convenit, non vero in hypothesi: cum ipse potius tempora Maccabæorum respiciat.) Tertullianum (b) Eusebium, (c) Hieronymum, (d) Cyrillum Hierosolymitanum (e) ex recentioribus Estium, (f) Lorinum, (g) Agel-

(a) Loc. cit. p. m. 271. (b) De præser. c. 20, p. m. 237. (c) De demonstr. lib. 10. n. 3. p. 474. (d) in Matth. c. 27, p. m. 66. (e) catech. 13. p. 292. (f) annot. ad h. l. (g) in Psalm. 108, pag. 232. seqq.

Agellium &c. (a) Geierum, (b) Bakium, (c) & Grotium, (d)
qui psalmum hunc propterea vocat Iscarioticum, quia
contra Judam Iscarioth conscriptus sit: Cocceum (e) qui
Christo potius a nobis, ut judici, & judicium petenti,
quam Davidi, ut suos inimicos respicienti, eum attribui
vult, Stephanum Fabritium Bernatem, (f) qui licet psalmum
hunc ad historiam Doegi & Saulis accommodatum putet,
nihilominus tandem subjicit, quod David etiam hoc loco
personam Christi sustineat; adeo ut ille ad Judam prodi-
torem, & sui similes Christi & ecclesiæ hostes non male
accommodari possit, & debeat etiam, quemadmodum
luculenter patet ex Aëtor. I, 20. Maxime autem nobis
consentientem habemus beatum Lutherum in vier Trost-
Psalm an die Königin in Hungarn, ubi psalmi nostri expli-
cationem sequentem in modum orditur: (g) Den Psalm
hat David im Geist gemacht von Christo, welcher redet den
gantzen Psalm in seiner eigen Person wider Juda den Verräther,
und wider das gantze Judenthum, und verkündigt, wie es
denselbigen geben werde. Also führet auch S. Petrus diesen
Psalm Aëtor. I. von Juda, dahe an seine statt Matthias wehlen,
nicht dass er allein von Juda rede, sondern wie S. Petrus daselbst
spricht: Juda sey das Haupe oder Fürnehmste gewest, dass Christus
gefangen und gemartert ward, auch Christus selbst für Pilato
bekennet, dass Juda die grösste Sünde gethan habe, dass er ihn
überantwortet habe. Darum gehet der Psalm für nemlich wider
Juda, aber doch auch wider alle, die mit Juda sind, und in seinen
Wercke bleiben und folgen, wie sie im Psalm Christus selbst
deutet und spricht: So müsse es gehen allen, die mir wider sind.
Dass also dieser Psalm von Juda anhebe, und gebe über alle, die
Judas Art an sich haben, als das sind alle Verfolger und Rotten
wider Christus Wort.

§. VI.

(a) Loc. cit. (b) ad h. I. p. m. 666, (c) in Psalm. 109. (d) annot.
 in h. l. (e) Comment. in h. l. p. m. 408. (f) in concion. in
 h. l. p. 540. (g) Tom. III. Jenensi germanico pag. 306. B.

§. VI. Sed & hoc loco quæri potest, quod Chrysostomus loco citato sibi objecit: *id quod dictum est, prophetiam, an imprecationem accipimus?* Objectioni huic respondet Chrysostomus, prophetiam esse sub specie imprecationis, cum etiam alibi tale quid inveniamus. Jacob enim cum esset moriturus; *venite*, inquit filiis suis, *G dicam, quod eventurum sit vobis in diebus novissimis:* & cum prophetiam inciperet, statim a principio, tanquam ira quadam percitus, inchoat prophetiam ab imprecatione, sic dicens: *Ruben primogenitus meus, durus ad ferendum, durus & contumax, fecisti contumeliam, ut aqua non crescas: futurum ejus exitium praedicens sub specie imprecationis.* Ita rursus, quando bona dicit, sub specie precationis, dicens: *det tibi Deus de rore Cœli, & de pinguedine terra.* Idem vult Theodoretus, quando loco citato scribit: *Ceterum nemo audiens dominum ferente nle em, ut per sequentibus benedicamus, vaticinacionem repugnantem legislatori esse ducat.* Non enim hoc in loco divinus sermo imprecando loquitur, sed futura Iudeis & Iudæ supplicia prædit. Hæc autem vaticinatio in preceptionis formam concipitur, ut plerumque divina scripturæ mos est. Verum enim vero nihil repugnabit, quominus statuere possumus, non nudam duntaxat prophetiam sub specie imprecationis, sed prophetiam & imprecationem ipsam locum habere; cum Christus, sub ejus persona David loquitur, ut Deus, ut iudex convenientissime illam proferre potuerit. Atque huc etiam tendit Coccejus loco citato, dum rogationem illam versu sexto non simpliciter accipiendam vult pro optato, quomodo homines impatienter solenta Deo pœnas exposcere; sed esse legitimam postulationem ab eo factam, qui habet potestatem ut iudex Psal. II, 8. 12. Arbitratur quidem theologus aliquis criticus, referente H. Witfio (a) non esse psalmos illos duos, LXIX. & CIX. a spiritu lenitatis dictatos, sed

(a) *Miscell.* lib. 1. c. 18. pag. 218. seq.

potius feralia carmina animi vehementi ira pereiti, & insana vindicta cupiditate flagrantis, contra quam Christi evangelium præcipiat. Verum respondit illi vir laudatus, tremendas illas imprecatio[n]es cum lenitate Christi bene conciliari posse. Dilexit Christus omnes promiscue pios & impios, salutem eorum optavit, pro iis intercessit, pereuntibus misericordia lacrimas impendit, atque ita suis consummatissimum reliquit lenitatis exemplar. Idem vero Christus cognovit quam justa ira pater suus cœlestis exardeat adversus protertos gratia sua contemptores, rebelles, fœtides nescios, regni sui hostes; quam atrocia in eos constituerit supplicia; quam utilia aut necessaria ea sint ad gloria divina illustrationem & ecclesia sua tutelam & amplificationem. Et hinc patris sua voluntati ut æquæ, justæ, sanctæ, consentit ac conciscit, eique vota accommodat sua, ut adversus irreconciliabiles paternæ suaque majestatis inimicos voluntas illa Dei fortatur effectum. Quid in ea re est, quod non purum & sanctum & Christo, Dei filio, eadem omnia cum patre suo volenti, dignum atque decorum sit? & quid tandem his imprecationibus continetur, quod non alibi se in præfra[n]te impios patraturum esse denuntiavit Deus? quæ lenitas interdicit ea vota Christo, quibus Dei veritatis ac justitiae sua gloria asseritur? Paucis extendit Christus erga omnes misericordia sua manus, illos vero, qui eas vel amplecti nolunt, vel pertinaciter repellunt, dextra justitiae sua adeo ferit, ut universus orbis ob id contremiscat. Vel si mavis audire Lutherum nostrum, qui dubio illi sequentem in modum loco citato respondit: *Warum fluchet denn Christus so übel, der doch verbietet und lehret, Matth. V. man soll nicht fluchen? und er auch selbst am Creutze nicht fluchet, wie Sanct Peter spricht, sondern bittet für seine Flucher und Lästerer, wie ich auch droben von der Rache frage? Ist kürzlich die Antwort: Liebe fluchtet nicht,*

etiam

B

rächet

rüchet sich auch nicht, aber der Glaube fluchet und rüchet. Das zu verstehen, mußt du von einander scheiden GOtt und Menschen, Personen und Sachen. Was GOtt und die Sachen angehet, da ist keine Gedult noch Segen, sondern eitel Eifer, Zorn, Rache und Fluchen. Als daß die Gottlosen das Evangelium verfolgen, das trifft GOtt und seine Sache an, da ist nicht zu segnen, noch Glück dazu zu wünschen, sonst müste niemand auch wider Ketzerey predigen, noch schreiben, sitemahl solches nicht mag zugehen ohne fluchen, denn wer da wider sie predigt, der wünschet ja, daß sie untergehe, und thut das ärgste und beste dazu, daß sie untergehe. Das heisse ich nun Glaubens- Flüche; denn ehe der Glaube ließe GOttes Wor- untergehen, und Ketzerey stehen, er wünschte ebe, daß alle Creaturen untergingen: denn durch Ketzerey verleuret man GOtt selber. Also ist das Fluchen Christi in diesem Psalm nicht um seiner Person willen, sondern um seines Amts und Worts willen, daß der Jüden Irrthum will sich befätilgen, und das Evangelium untertreten, da wünschter er, daß sie untergehen sollen, und kein Glück mit ihren Iudenthum haben, gleichwie Moze Num. XVI. betet, daß GOtt Korah Gebet nicht sollte hören, noch ihre Opffer annehmen. Darum muß es geflucht, übels gewünschet und Rache gebeten seyn wider des Evangelii Verfolgung und Irrthum, und wider die, so folch Unglück treiben und anrichten. Aber die Person soll sich nicht rächen, sondern alles leiden, dazu auch den Feinden gutes thun, nach der Lehre Christi, und der Liebe Art, denn hic regieret die Liebe, und nicht Glaube, und gehet mich und nicht den Glauben an.

S. VII. Quæ omnia, cum ita se habeant, miror quid in mentem venerit Arnobio, non Afro illi, sed juniori (qui circa annum 461. vixit, & commentarium in psalmos CL. Davidis scriptit) ut ea, quæ nos cum aliis pro imprecationibus habemus, in bonam partem detorserit. Ita enim inducit Christum loquentem. Adversum me constituit discipulum meum diabolus, adversus eum constituantur discipulus ejus & sit persecutor diaboli, qui persecuto

secutor extiterat Christi : & sicut diabolus a dextris ejus ad confutandum & convincendum , id est , ut confutetur & convincatur . Exemplo Pauli id confirmat , a cuius dextris diabolus steterit , ita ut eum judicans Paulus (quasi reum , qui sifstir ante tribunal) faceret exire a se condemnatum & totam orationem & consilium ejus (quo se defendebat aliosque offendebat) statueret in peccatum (declarans nihil nisi peccatum continere .) *Dies* diaboli fecit paucos , quia Paulo in gentibus prædicante , ille non multo tempore obtinuit principatum in templis , tum cessa- favit princeps esse super gentes , & magisterium accepit ille , qui dicebat : ego sum magister gentium in fide & veritate : ille enim fuerat magister gentium in infidelitate & fallacia . *Filios factos orphanos* dicit , qui de patre dia- bolo erant , ejecto incredulitatis rege & factam uxorem diaboli *viduam* , quia sicut uni viro desponsata ecclesia perfidem , sic per infidelitatem non sponsa , sed uxor est potestas incredulitatis , quæ dabat potestate dominandi sacerdotibus templorum , sive synagogæ , seu hæreticorum ecclesiis : hanc potestatem dejecto diabolo effici viduam ; & sic in reliquis . Verum ut hæc allegoria plane non est innata , sic contra mentem Spiritus Sancti , contra Petri explicationem , contra communem plerorumque senten- tiam , magna cum violentia textui est illata . Eam ergo ab hoc loco abesse volumus , & argumento supra deducto unice inharemus , nec aliam agnoscimus personam præ- dicentem & imprecantem quam Christum , sub cuius per- sona David loquitur , nec alios præter Judam & Judæos , contra quos imprecatio[n]es istæ fuerunt directa.

S. VIII. His præmissis , ad abusum , principale dis- sertationis nostræ argumentum , tendimus . Non nova vero hæc est , aut nostris demum temporibus nata consuetudo , psalmum hunc publice privatimq; adhibere pro diversa di- versorum intentione . Nicolaus papa enim , hujus nominis

B & 17. Opuscula (1) secun-

secundus, qui seculo XI. Romæ sedit, decretum suum
de electione summi pontificis in concilio Lateranensi fir-
maturus, ex utroque psalmo LXIX. & CIX. execrationes
violatoribus opposuit sequentem in modum: (a)
*Quisquis autem hujus nostræ decretalis sententia temerator exti-
terit, & Romanam ecclesiam sua præsumptione confundere, &
conturbare contra hoc statutum tentaverit, perpetuo anathemate,
atque excommunicatione damnetur; & cum impiis, qui non
resurgent in iudicio, reputetur, omnipotentis iram contra se sen-
tient, & sanctorum apostolorum Petri & Pauli (quorum ecclesiam
præsumit confundere) in hac vita, & futura furorem sentiant:
siat habitatio ejus deserta, & in tabernaculis ejus non sit,
qui inhabitet: siant filii ejus orphani & uxor ejus vidua:
commotus amoveatur ipse, & filii ejus, & mendicent,
& ejiciantur de habitationibus suis: scrutetur fœnector
omnem substantiam ejus, & diripient alieni labores ejus:
urbis terrarum pugnet contra eum, & cuncta elementa sive ci-
traria & omnium sanctorum quiescentium merita illum confun-
dant, & in hac vita super eum apertam vindictam ostendant.
Similia quoad rem ex eodem psalmo desumpta habet illa
formula exēcatoria, qua Imperator Leo & Alexius in
constit. quæ novel. Leonis a Gothofredo subjuncta, de-
tonant in violatorem justitiæ. Inveniat, inquit, iste
Deum & cœlestes omnes ac incorporeas potestates sibi nunquam
non adversantes. Immature ex hac vita excidat potius quam
excedat. Incommodis insuper officiatur perpetuis, ipsius adiūcium
fundamenta ignis tandem devoret, & posteritas eo redigatur
inopia, ut panem estiātum quaritet. Atque hæc jure Jane optimo
propterea quod leges, quas liberrimas esse oportuit, servas quo-
dammodo ac captivas efficit fictorum pravorumque judicio-
rum. Præterea in donationibus ecclesiasticis plane so-
lenne fuit, tales execrations & maledictiones ex hoc
aliisque psalmis, licet non semper iisdem verbis, in illos*
pro-

(a) Distinct. XXII, Cap. 1.

projicere, qui ausuri essent legata illa quovis modo violare. Vnam ex illis formulam producam, in quibus execrationes plurimæ habentur, quarum aliquas ex nostro quoq; psalmo desumptas esse, nemo non observabit. Est illa Adelheidis Comitisæ de Clettenberg fundatricis cœnobii Walckenredensis, & ita se habet: (a) Si quis hominum, quod absit, cuiuscunque ille existat dignitas vel honoris, vel humilitatis, testamentum hoc malo ingenio infirmare & infringere præsumferit, illud quod Deo ac Domino nostro IESU Christo, omnibusque sanctis ejus de substantia nostra devote offerendo construximus, destruere voluerit, illius nomen citius deleatur de libro vitae, & omnibus subjaceat maledictionibus, quibus Deus Regem Pharaon affixit. Maledictus sit in tabernaculo suo, ut nunquam habitet eum justo. Ejiciat istum Deus de possessione sua, & tradatur ea inimicis suis, sit portio ejus cum traditore Iuda, & mansio cum Dathan & Abiran. Fiant agri ut Sodom, & ignis cum sulphure dejiciat domum ejus, sicut Gomorrah. Maledictum sit super ipsum cœlum & terra, quam calcat, sit ferrea, & sterilis, & agri zaniis abundant. Fulgura Domine coruscationem, & dissipat hostem, emitte sagittas & transfige inimicum. Pluat super raptorem laqueos Dominus, ignis & sulphur perdant eum; Nuditas cum frigore ipsum affligant. Ardor & æstus cum egestate perfodiant animam ejus. Aër super ipsum emittat legiones dæmonum, & pereat tandem ab Angelo percutiente. Maledictus igitur in terra socium habeat Cain. Deficiat ipsum pabulum, quod bovi præstet, & absindatur de ovili suo pecus. Maledictus sit in corpore suo a planta pedis usque ad verticem, absit ab eo sanitas. Heliodori plagas & verbera

B 3

per-

(a) Dedit illum nobis plur. Rever. Dn. Leuckfeld, in antiquitatibus Walkenredensibus pag. 33, seqq.

„perpetiatur, & Antiochi tormentis ac vermibus scatu-
 „riens cum fætore imprutescat, ac nisi resipiscat, mi-
 „serrime conteratur. Ejiciat viscera ut Judas & Hero-
 „des, & descendat in infernum ut Pilatus. Sit cadaver
 „ejus abjectum in escam volatilibus terræ, & pabulum
 „bestiarum, & non sit, qui abigat. Filii & filiæ ejus
 „ejiciantur de habitaculis suis, & stirps sua perpetuo ma-
 „neat captiva, & sicut Sodoma & Gomorrah in præ-
 „senti sæculo perculsa est, similiter percutiatur habitatio-
 „ejus. Auferat Deus memoriam ejus de terra viven-
 „tiuum, ne videat filios filiarum, & filii ejus in miseria
 „pereant, nec sit, qui pupillis eorum misereatur. Or-
 „phani ac vidua in domo ejus frequenter sint, nutantes
 „transferant & mendicent. Fiat mensa ejus coram
 „eo in laqueum, universum stratum ejus vertatur in
 „infirmitatem. Maledicta opera ejus. Maledictus in-
 „grediens & egrediens, maledictus apud vicinos suos,
 „sit ipsis fabula ac risus, nec memoretur nomen ejus ultra.
 „Maledicta sit mors ejus ut canis, & pereat, qui sepelit
 „corpus ejus. Maledicta terra, qui os aperit, & ejus
 „cadaver recipit. Maneat cum Diabolo & Angelis ejus
 „& si non penituerit, transeat in ignem æternum. Amen.

§. IX. Sed alia sunt, quæ a prioribus longissime
 recedunt, nec eundem finem eandemque intentionem
 habent. Primo enim ad furem inveniendum fuisse hunc
 psalmum adhibitum nos docet Delrio, (a) dum eundem
 quidam legerunt juxta certam versiculorum distributionem,
 aliter quam extat. Ipsam vero distributionem
 non indicavit, ex ratione, quam dedit sub initium sectionis nonæ:
formulas, inquit, non prætermittam plane, ut de iis possint lectores, quando defacto inciderint, judicare; nec adscribam integras, ne curiosi & impii queant abutiri: sed adscribam tantum initium & finem omissis mediis & circumstantiis, quas aucto-

(a) Disquisit. magic. l. 2, lib. 3, part. 2, quest. 4, sec. 9, p. m. 264.

suctores eorum requirunt. Fortassis etiam idem applicatur ad excutiendum furis occultum, cuius facti modum Delrio iterum ex parte suppeditat, ita scribens: (a) Leguntur septem psalmi cum litanis: hinc sequitur oratio terribilis ad Deum patrem &c. hinc exorcismus in furem: denique formatur figura circularis cum barbaris nominibus, & in medio pingitur oculus, tum clavis aneus certorum laterum, oculo infigitur malleo cypresino, & dicitur certus ex psalmis versiculis: sic furi oculum putant excuti. Sine dubio exorcismus iste in furem quædam ex psalmo nostro continet, si non ipse quoque versiculus ultimo loco proferendus, ex eo desumptus fuerit.

¶ X. Porro jam olim ad proximi, sed pro hoste habiti, perditionem, mortisque illius accelerationem certo tempore sustinendam, psalmus ille fuit adhibitus & ab hominibus pravis eum in finem applicatus. Quid obtinuerit tum ante tum circa reformationis tempora, docemur ex variis monumentis. Si enim & epistolas obsecrorum virorum (b) in subsidium vocare nobis licebit, & illæ nonnulla indicabunt. Nimirum, cum Papa Leo X. patrum tempore Reuchlino contra monachos Colonienses patrocinaretur, unus illorum dixisse fertur: Ego non spero, quod Papa erit tam stultus, quod faciet; si faciet, volumus per universum ordinem nostrum contra ipsum legere istum psalmum; Deus laudem &c. ita enim in versione latina Psalmus hic incipit: Deus laudem meam ne tacueris. Calvinus hunc morem Franciscanis tanquam peculiarem tribuit, quando scribit: (c) Res minime occulta est, si quis hostem capitalem habeat, quem velit perditum, conducere ex monachis aliquem, qui quotidie hunc psalmum recitet. Imo scio in Regno Gallæ primariam quandam fœminam conductilios ex Franciscanis habuisse, qui unigenito filio hac forma imprecarentur. Ad eundem respexit B. Lutherus loco citato; Dieser Psalm flucher,

(a) loco citato pag. 263. (b) Volum, 2. pag. 235. (c) Comm. in Psalm. CIX.

fluchet, und verkündiget so viel Uebels den Feinden Christi, dass etzliche diesen Psalm haben ins Gerüchte gebracht, dass die Mönche und Nonnen ihn sollen beten wider ihre Feinde; und wo er wider jemand gebetet würde, so müsse derselbe sterben. Das sind aber Lügentheidungen und Mährlein. Forsan hic psalmus ad execrationes adhibitus, habuit ritus, quorum mentionem facit Faber, (referente Lorino (a) eosque pro superstitionis astumante) extinctionem luminum, aversionem vultus ab altaibus, & volutationem in pulvere. Cum vero B. Lutherus ipse hæc talia habeat pro mendaciis & fabulis, & alia certiora nos destituant, toto ordini Franciscanorum tribuere nolumus, quod forte ab uno altero que observatum fuit.

§. XI. Nostris proh dolor! temporibus, quibus evangelii lux clarissima oculos omnium perstringit, maxime dolendum est, inveniri homines talibus superstitionibus tam impense deditos. Alii vero pluribus, ali paucioribus in psalmi hujus abusu se adstringunt observationibus. Quidam putant, psalmum hunc orandum esse mane & vespere per integrum annum & novem dies absque ulla interruptione: quia psalmus in ordine est centesimus nonus, in quo per centum unus denotetur annus & per novem totidem dies. Si vero vel semel intermittatur ista imprecatio, non in caput adversarii, sed orantis retrogredi astumatur. Omnem porro lectio- nem absolví debere volunt, incio adversario, contra quem oratio dirigitur, neque eum in via salutandum, vel ab ipso salutem accipiendam; & quæ sunt alia hujus generis absurdæ & gentilium superstitione plena. Alii neglectis tot ambagibus per annum duntaxat integrum absque ullo intervallo, nisi sibi ipsis nocere velint, orationem esse continuandam contendunt. Recens hujus rei exemplum non ita pridem in vicinia habuimus,

prout

(a) in Psalm. CVIII, pag. 233.

prout ex actis judicialibus & testis aliquius depositione,
 quam integrum dabimus, constare potest. Prævia seria
 admonitione de veritate dicenda interrogabatur quædam
 fœmina inter alia: *Ob sie auch etwas böses und ärgerliches
 von der N. N. wüßte?* illa respondet; *die NN. hätte Zeugin
 offe für eine blinde Tache gescholten, und ihr in die Augen-
 spien.* Sie hätte ihr auch angeschüttet, *sie solte den bießgen N. N.
 tod beten.* Nos: *auf was Weise Zeugin das tote beten machen
 sollen?* Illa; *sie solte einen Psalm aus dem Psalter Buch beten.*
 Nos; *Was den für einen Psalm?* Illa; *den hundert und
 neunten Psalm.* Nos; *Ob N. N. ihr nicht gesaget, wie sie solchen
 Psalm, und wie offe sie ihn beten solte?* Illa; *sie solte ihn alle
 Tage durchgantze Jahr hindurch beten, und wenn sie solchen
 Psalm einmal vorbe schlige, so bete sie solches auf ihren eigenen
 Hals.* Nos; *Ob Deponentin der N. N. Rath gefolget?* Illa; *Nein,*
*sie hätte es nicht thun wollen, sondern gesagt: Frau Ge-
 vatterin, das kan ich nicht thun, wie solte ich eine solche Stunde
 auf mich nehmen, einen tod zu beten.* Addebat; *die N. N.
 hätte zur Deponentin gesaget: warum sie nicht beten wolte? Gott
 würde ihr Gebet gewiß erhören.* Hätte doch Gott ihr N. N. Ge-
 bet erhört, *dass wider N. N. gebeter, indem auf ihr Gebet das
 erste Jahr ihm ein Finger abgenommen, und das andere Jahr es
 gar über seinen dicken Hals kommen.* Non vero a mulierulis
 tantum alisque de plebe hominibus haec talia peraguntur,
 sed quod dolendum, ab illis etiam, qui præ aliis
 nosse & poterant & debebant, quid distent æra lupinis,
 eruditis scilicet, ipsisque ecclesiæ ministris similia fuisse
 facta, accepimus. B. Backius noluit reticere exemplum
 aliquius theologi Magdeburgensis. D. C. G. a Sp. P. U. “
 qui cum paulo ante urbis panoletrian necio quid litigii“
 superciliosi cum senatu soveret, eo vesaniæ devenit.“
 ut singulis suis concionibus præmitteret hunc psalmum“
 CIX. sicut etiam cum eodem dictas conciones semper“
 finiūt; & cum moneretur, ne id faceret, comminatus“
 est.

, est, se non modo lectrum psalmum, sed paraphrasin
 „etiam additum, si irritaretur. Nescio, qua intem-
 „perie quibusve furiis horo iste nimis elatus & con-
 „tentiosus exagitabatur, & parum certe absuit, quin diræ
 „ipsum vorassem tandem, & ad locum suum cum eo,
 „de quo hic psalmus propriè agit, ablegassent. Imo hoc
 ipso anno audivimus concionatorem quendam in cathe-
 dra ecclesiastica publice in ipsa concione contra adversarios
 suos hunc psalmum prælegisse, & prælectis aliquot
 versiculis, aliquoties ingeminasse: *has preces contra vos*
Juda fratres sororesque fundo, quæ vos in ultimo vestre vita
articulo prement. Dn. autor disputationis, sub præ-
 sidio summe venerabilis Dn. D. Fechii habitæ de precibus
 contra alios institutis §. 6. provocat ad publica scripta, in
 quibus in vicinia de hoc psalmo disputatum fuerit. Quæ-
 sivimus quidem ea, sed omni diligentia adhibita invenire
 illa non potuimus, quæ tamen sine dubio quædam scopo
 nostro inservientia nobis suppeditare potuissent.

§. XII. Sed de his satis, quæ inter christianos
 fieri quidem solent, minime autem debebant. De
 superstitione hac pessima Dominus Præses meus fuit
 sollicitus, an & ea obtineret apud Judæos vel simile
 quid? Consuluit is propterea nuper virum summum
 venerabilem Dominum Hermannum ab Hardt, præpo-
 situm Mariabergensem & linguarum orientalium in
 hac academia professorem celeberrimum, an Judæi in
 libris præsertim arcanioribus quædam ad scopum nostrum
 facientia haberent? Pro eo, quo maxime reverendum
 Dominum præsidem meum complecti solet favore, non
 duntaxat eidem statim indicavit, extare libellum olim
 rarissimum ~~רְאֵת וְרָאֵת~~, superstitionibus vero ple-
 nissimum, in quo omnes psalmi certis casibus sint appli-
 cati, sed & proximo die scripta peculiari epistola abusum
 hujus psalmi apud Judæos vigentem eruditæ illustravit,
 atque

atque typis postea excudi curavit. Bonā viri venerandi
atque æternum colendi venia eandem huic dissertationi
inferemus, prout illa de verbo ad verbum sonat.

V. S. V.

A Judæis naucti Christiani virulentam *superstitionem*, *de qua quæris*, *Psalmum centesimum nonum* inter varias irreligiosas ceremonias *in hostium suorum perniciem detorquendi*. Ut millena sunt in plebe nostrate nefanda, non solum ex avita gentilitate reliqua, sed & à palante populo Judaico temere quondam admissa.

Inter Judæos, *si quis ab altero torqueatur*, *סְנָאךְ מַעֲקֵךְ* *novam accipere jubetur ollam*, *cui indat sinapi*, *affusa aquâ fontanâ*: *סְכִחּ דְּלָא* *Post hæc Psalmus ille tribus diebus super plenam hanc ollam submurmurus: אָמַר עַלְוָה יְמִין תְּלָחָא Quo facto*, *ושפּוֹד קְרֻט תְּרֻעָן רְסָנָאךְ*: *Caveat autem sedulo*, *ne vel gutta adsperratur*, *qui effundit*: *וְהַיְהֶ רְלָא תְּשִׁפּוֹר עַל טֶפֶח Symbolico divino nomine אל El* *ex Psalmo inter ordinarias precum harundem formulas ingeminato: Faxis, o El, nomen divinum, tremendum, ex Psalmo hoc haustum, perdas hostem.*

Hæc *Judeorum est tragœdia. Symbolica verò, ut sunt res *Judeorum pleræque, ex veteri Orientis genio, omnes illæ sunt ferales machine.**

Sinapi, symbolum terroris, tremoris & cruciatus, quem hosti à Deo incuti & infligi optant:

C 2 sicut

sicut sinapi suā acrimoniam mordet & lacrymas ciet.
 Argutā insimul allusione vocum cognatarum,
 חַרְדֵּלָה chardela, sinapi, & חָרָדָה charada, terror.
 Acerrimum & lacrymabile symbolum sinapi, ter-
 ribile augurium.

Cui simile alterum in olla nova imprecationis
 signum. Rabbinorum קָרְדָּה Kidra, χύτρα, olla,
 græcam quidem agnoscit originem, ad verbum
 tamen קָדָר Kadar, quod atrorem notat, luctus,
 doloris & miseriae tessera, pronâ inclinat allu-
 sione. Conspiratque similiter cum חָרָדָה charada,
 terrore: ut terror ater est.

Utrumque symbolum, ut in omnes diras,
 Psalmo comprehensas, ita præcipue in versum
 respicit g. omnium nervum: קָלָלָה Klala, male-
 dictio, hostem instar togæ cingat & undique tegat.

Aqua fontana, quæ scaturiat & ebulliat, est
 tessera dirarum, quæ alterum penetrant & corri-
 piunt, haud aliter ac hausta aqua totum penetrat
 corpus. Omine ex eodem versu 18. petito:
 הַבָּא בְּקָרְבָּו מַלְדִּיכָּו Maledicto instar aquæ in ipsum
 influat.

Ante fines adversarii dirum illud, & execrabile
 medicamen effundendum: Pro indice talionis: Sicut
 alter ex ore suo effuderit convitia & contumelias,
 ita & ori illius, tanquam corporis ostio, aquam
 illam maledictam, talionis jure à Deo esse infun-
 dendam, quam resorbeat ipse cum tota domo.
 Pro augurio versus secundi: כִּי פִי רְשָׁע וְפִי מְרֻמָּה Os maledicuum, & os fraudulentum contra
 me

me aperuerunt. Allusione suetâ concinnâ vocum,
פֶּרֶת Pe, os, & פֶּתַח Petach, ostium.

Cautio, ne vel guttula in effudentem resiliat,
imago desideratae salutis & liberationis. Ad nutum
& votum versus ultimi: כִּי יְעַמֵּד לִמְינָן אֶבְיוֹן לְהַשְׁעֵה
Deus stet à dextra affliti, quem liberet
a tortoribus ejus!

Hæc tragica *Judeorum* scena, quam publicâ
fiudent autoritate superstitioni doctores supersti-
tiosæ plebi, in תְּהִלִּים שְׁוּזָב superstitionissimo
libro. Quam irreligiositatem à Judæis accepere
Christiani, imprudentes & irreligiosi: *Immemores*,
Deum sponte suâ indubitâ vindicare injurias,
servare ac tueri bonos, & poenas sumere à malis:
Sed & *hanc consciâ*, Christianorum esse, injurias
omnes placido & æquo animo hosti remittere,
Deoque rem molestam commendare. *Judei* suo
furore testes, se verâ Dei cognitione carere:
Christiani pravâ suâ æmulatione indices, se fide &
caritate destitui, nec Deo confidere nec hostem
amarere, ut oportebat, *Matth. V.*, 43. 44. 45. 46.
47. 48. *Christiani* Judæis non meliores, *ni me-*
liores. *Ni MELIOR*, inquit Christus, fierit
vestra justitia, quam *Phariseorum*, non intrabitis
regnum cœlorum, *Matth. V.*, 20. Vale!
Pro hoc labore suscepso debitas non duntaxat gratias viro
celeberrimo agimus, sed & illud in votis habemus, ut
nostra gratiarum actio sit ad plus dandum invitatio, &
hac ratione totius libelli illustrationem nobiscum com-
municare velit.

J. XIII. Ceterum post mortem B. Praefidis mei vidi etiam aliquando Hannoveræ in Bibliotheca reverendissimi quondam abbatis Luccensis B. Dn. Gerhardi Molani manuscriptum quoddam germanicum in folio, cuius titulus: *Translatio eines geschriebenen Hebreischen alten Büchleins in deutscher Sprache aus der Kayserlichen Maj. Bibliothec:* in quo inter alia mysteria kabbalistica, & superstitiosa veterum Rabbinorum inventa etiam copiosam satis hujus nefandi ritus hostem suum devovendi descriptionem deprehendi, quæ quia egregie illustrat, quæ haec tenus de hoc argumen-to in medium prolatæ sunt, digna quoque est, quæ tota, uti mihi communicata, hic apponatur. Est vero sequens:

Ein sehr hohes mysterium wieder seinen Feind und Bösewicht, von welchem du etwa verfolget wirst, denselben zu verfluchen und zu vertilgen, welches Werck, so viel Rabi Menachem de Ricanatti davon geschrieben hat, so ist dieses ein gewisses und bewerthes Stück, hierinnen nun diese Ordnung gehalten werden soll.

Nach gehaltenen ordentlichen Ceremonien, mit Baden, Fasten, und Beten, so sollt du diese ganze Ordnung 40. Tage nach einander stets brauchen, und dieses ist die Ordnung:

Kauffe 40. wachserne Kerzen, und wenn du solche kauffest, so sage bey dir selbst, diese Kerzen kauffe ich in dessen N.N. Namen, und benenne nun die Person, die du vermeinetst.

Hernach, wenn du zu Hause komst, so sollt du diese Kerzen allesamt anzünden, bebalte sie in deinen Händen und sprich erftlich diesen bie verzeichneten Psalm ganz und gar, habe sondere achtung auf

auf die rechte Pronunciation dieses gantzen Psalms, und mercke das, ob du wohl deinen Feind im sagen des Psalmens nicht benennest, so sollt du doch durchaus deine intention und ganze Meinung in Aussprechung dieses Psalms auf ihn haben.

Elohe, mein Ruhm schweige nicht &c. und wird der gantze Psalm, wie er in der Bibel steht, vergebeten.

Hernach sprich weiter.

Mit Erlaubniß des allerhöchsten ganz besessenen Gerichts, und mit Erlaubniß des untersten, auch wohl besessenen Gerichts, mit Erlaubniß der allerhöchsten und vollkömlichen Versammlung, und mit Erlaubniß der gantzen niedrigsten Versammlung. Ich N. N. der ich mich beschwert, betrübt, und in tausend Ängsten befindet, aus Ursache, daß N. N. wieder GOT und wieder sein Gewissen, mich sehr beleidigt, gepeinigt, gekränket, und auch insonderheit diese Sachen N. N. mir gethan, und Schaden zugefaget hat. Derohalben mit bester Kraft, und Macht, so immer möglich ist, ich N. N. verfluche, verbanne, excommunicire und maledeie diesen Bösewicht N. N. welcher sterben und nicht leben muß, und sonderlich disß Jahr soll er nicht leben. Seine Tage sollen verkürzet werden, und seine Jahre soll Jaheva mit seiner stärkesten Macht ausrotten, aus dem Munde Jehaueha soll er verflucht werden, und Eheye spricht, sterben soll er, sterben, und nicht leben,

und

und Jehaueha soll den schölmischen Bösewicht der-
massen mit der Pestilentia schlagen und treffen,
damit er sterben soll und muß, der allerstärcke-
ste El soll ihn von oben herrunter mit der Pestilen-
tia schlagen und treffen. (a) Sein Blut dessen
Mannes N. N. soll ausgerottet werden von mit-
ten seines Volcks, und er soll sterben an einem bösen
Todt, und soll an ihm bestätigt seyn dieser
Vers: (b) Vnd die Männer, welche dem Land
ein Geschrey machen, daß es böse wäre, die
sturben an der Pestilentia vor dem Angesichte
des Herrn Adonay, vor dem Herrn Adonay Je-
haviha. Vnd die Hand Gottes dringet starck in
ihnen, sie zu vertilgen, und gar auszurotten, von
mittten des gantzen Erd-Kraises. Für dem Ange-
sicht Elohe Zevaod Adonay soll er N. N. ver-
flucht seyn, sein Gedächtniß soll in Bann und
Verfluchung seyn, und dem Herrn Adonay Elo-
he Israel, der da sitzt in Kerubim, soll er aber mah-
len verflucht und excommuniciret seyn; Er N.
N. soll auch verflucht seyn aus dem Munde eines
jeden Engels, und von einem jeden der Seraphim,
welche ihm auch alle seine Glieder von einan-
der zerreißen sollen, und der Herr Adonay
Jehaveha schick in ihm einen unbarmherzigen
und crudelischen Engel, welcher sein Leib und
alle seine 248. Glieder zerreißen soll, und der
soll ihn in böse Krankheiten fällen, und ihn
auch mit einen unnatürlichen Todt tödten, da-
von

(a) Lev. Cap. 17. v. 4. (b) Deuteronom. Cap. 2. v. 4. 16.

von dieser Bösewicht N. N. sterben soll und muß,
 und sein Name und Gedächtniß soll auch an allen
 Orten ausgerottet, und vergessen werden immer
 und ewiglich, und von Ewigkeit bis in Ewigkeit
 soll seiner in keinen Guten nicht gedacht vver-
 den, Amen, Amen, Amen, Sela, Sela, Sela.
 Vnd so er N N. auch im Zeichen des Widders ge-
 bohren ist, so sollen auf ihn die hierin gemeldete
 Verfluchungen und Malediungen alle vvalbr
 vverden, und auf seinen Kopf ihm treffen. Vnd
 da sein Zeichen Stier ist, soll er sich in diesen
 Verfluchungen berum vwalzen, und schreyen
 als ein brüllender Ochs. Da sein Zeichen Zvvil-
 ling vväre, so soll das brennende himmlische Feu-
 er auf ihn herunter fallen, und diese Verfluchun-
 gen sollen in Ewigkeit an ihm haften. Wenn sein
 Zeichen Krebs ist, so soll der Satan auf seiner rechten
 Seiten stehen. Da sein Zeichen der Lövve ist, so soll
 er abfahren, und den jungen Lövven, und Leo-
 parden ihr Brod vverden. Ist denn auch sein Zei-
 chen Jungfrau, so soll auf ihn fallen die er-
 schrökliche gelinge verfluchte Pestilentia. Da
 sein Zeichen ist die Waage, so soll er dermassen
 tractiret vverden, daß vver solches höret, mit
 Verwunderung seine beyde Ohren zu halten
 soll. Vnd da sein Zeichen ist Scorpion, so soll sein
 verrückter Corper gar in Abgrund eines trucken-
 nen Orts, und in eine Schinder und Hunds-
 Gruben gevvorfen vverden. seine Seele soll
 gleichwohl zu andern abgestorbenen hinfahren.

D

Da

Da sein Zeichen Schütz vväre, sollen seine Tage mit Spott und Schanden vollendet vverden. Ist denn kein Zeichen Steinbock, soll sein Leben von andern lebendigen abgesondert, und evviglich verlobren vverden. Da sein Zeichen Waffermann vväre, so schreye ich doch zu Adoney auf ihn mit meiner stärkesten Stimme um billige Rache, um Vertilgung des gottlosen Bisevvichts verfluchten Leibes. Ist denn auch letzlich sein Zeichen Fisch, so soll er N. N. in der Mörder Hand gegeben und gevvorffen vverden, und vvollest in ihm bestätigen Adonay Jehaveha das, vvas aus deinen Befehlig, ja aus deinen eigenen Mund in deiner Heil. Schrift geschrieben vworden, und zu befinden ist: (a) Da vvird Adonay denn nicht gnädig seyn, sondern dann vvird sein Zorn und Eifer rauchen über solchen Mann, und overden sich auf ihn legen alle Flüche, die in diesem Buche geschrieben seyn, und der HERR vvird seinen Namen (N. N.) austilgen unter dem Himmel, und vvird ihn absondern zum Unglück aus allen Stämmen Israel, laut aller Flüche des Bundes, die in dem Buche dieses Gesetzes geschrieben seyn. Amen, Sela.

Wenn du nun dieses alles gesprochen hast, so vvende die brennende Kerzen um, daß sie sich ablöschten, vvirf sie auf die Erden und sprich: In massen ich dieses Licht ablöschte, also vvolle sich des N. N. sein Licht erloschen. Amen, Amen, Amen. Sela, Sela, Sela. Sol-

(a) Deutr. XXIX, 19. 20.

Solches solt du nun die obgemeldte 40. Tage nach einander continuiren, so vvirft du die Macht des allmächtigen GOTTES, deine Rachung bald in Werck führen und seben.

§. XIV. His jam enarratis, despiciendum porro erit, quid de istis psalmi usibus & abusibus sentiendum sit. Commodius autem id fieri non posse putamus, quam si de imprecationibus in genere quædam præmiserimus, ut postea eo certius de particularibus judicare queamus. Imprecationes, qua alias execrationes & maledictiones dicuntur, sunt preces vel vota, quibus quis alteri, quem pro hoste suo habet, omnis generis Dei pœnas tum temporales tum æternas imprecatur. Istarum aliæ sunt temerariae, alias deliberatae; & haec vel sub ratione mali fiunt, vel sub ratione boni, quando nempe consilia hominis mali infringi, vel ipsummet aut gravi calamitate premi aut funditus perdi desideramus. Personæ imprecantes esse possunt, tum privatae, tum aliis præfectæ, parentes, præceptores, pastores, magistratus &c. Objæcta contra qua imprecations formantur, sunt vel creature irrationalis, sive animatae, sive inanimatae, vel rationales. In rationalibus separatim considerare possumus causam, quam agunt, & separatim personas: & haec iterum sunt, vel privati, vel publici hostes, iisque vel curabiles, vel incurabiles. Forma illarum consistit in advectione nominis ac judicij divini, sive explicita sive implicita, quando Dei nomine non expresso, judicium tamen Dei postulatur, atque lictorem suum diabolum, per tonitrua, per creature, alias vindictæ divinæ simulacra ejusmodi hominem perdere velit.

§. XV. De singulis imprecationum speciebus theologorum dabimus judicia. Temeraria illæ & vulgares maledictiones sunt professiones odii aut malevolentiae, indicia per-

terbationis in corde regnantis, & in proximum contumeliose atque adeo non possunt a culpa excusari. *Deliberatae imprecationes mali, sub ratione mali, contra homines non possunt non esse malea: (1) quia proveniunt ab odio, quod est malum oppositum charitati: (2) quia ratione magis licet optare, quam facere malum, qua malum (3) quia benedictæ nostræ vocationi adversantur. Imprecatio mali, sub ratione boni, est ex se licita. Sic ratione gloriae Dei, boni publici, att etiam privati, quod est majoris momenti, licet minus, malum huic aut illi optare. Hoc tamen sic debet intelligi: (1) ut conditio aliqua subsit, si nempe bonum illud per hoc malum & non nisi per hoc sit consecuturum: (2) ut voluntatem nostram subjiciamus voluntati Dei. Si ergo preces ad consilia hominis mali confringenda diriguntur, nihil illis mali subsit, cum fructus talium precum non tantum in precatum, sed etiam in eum redundant, contra cujas consilia & molitiones oratio dirigitur. Sic rogant apostoli Deum, ut studia & conatus Herodis, Pilati, Pharisaorum prohibeat, Actor. IV. verum orationis hujus scopus non erat hostium exitium, sed salus. Sic hodiendum solemne est omnibus Dei filiis, quotidianis patrem cœlestem precibus obtestari, ut cruentis ecclesiae hostium consiliis tremoram injiciat. Porro si hostibus temporalem afflictionem optamus hoc sine, ut sensuira Dei expergescati, serio resipiscant, exemplo Davidis precantis, Ps. LXXXIII, 17. *imple facies eorum ignominia & nomen tuum inquirent: licita nonnunquam est hujusmodi imprecatio; tum, quod sâpe numero fit, ut mali aliquibus flagellis & pœnis correpti resipiscant: tum quod nobis ipsis imprecari possumus, & quidem juste, ut Deus nos affligat potius, & divexet quam in peccatum ruere finat, aut his saltem mediis in peccata jam prolapsos ad se revocet. Sed in hujusmodi orationibus integer charitatis affectus dominetur oportet;*
 qui*

qui odio quidem vittorum, amore vero hominis ejusque salutis, proximo incommoda & adversa carnis imprecatur. At, quoniam ita non multi occœcati sunt, ut flagellis iræ Dei nou meliores, sed pejores reddantur, erit piæ mentis considerate hic agere, & non simpliciter calamitatem aliquam malis imprecari; sed ea conditione, si afflictio malis salutaris, aut Deo glorioſa futura est; qui fecus facit, peccat in illud apostoli Jacobi V, 9. *ne ingemiscite* &c. Dein etiam dantur orationes contra hostes, quos funditus perditos desideramus. Hujusmodi preicationem Iſraëlitis aliquando mandatam legimus, Jud. V, 23. & in specie sacerdos, in lege execrationis super mulierem de adulterio suspectam, jubetur recitare. Sic etiam alia imprecationum exempla extant in scriptura sacra in impios & Dei ignaros, Ps. XXXI, 18. LXXIX, 6. Jerem. X, 25. hostes ecclesiæ, Christi & populi ejus, Psal. LXIX, 28. seq. hypocritas, Psal. V, 11. seq. persecutores, Psal. XXXV., 26. proditores in nostro Psalmo & LV, 16. adulatores, Psal. XII, 4. calumniatores, ibid. Sic mala imprecatus est Noah Chamo, Genes. IX, 25. Moses Chore, Dathan & Abiram, Num. XVI, 15. Samson Philistæis, Jud. XVI, 28. Josua hierichuntinis instauratoribus, Jos. VI, 26. David Joabo, 2 Sam. III, 29. & aliis suis hostibus. Eliseus pueris, 2 Reg. II, 24. Esaias idololatricis Judæis, Esa. II, 9. Jeremias hostibus, Jerem. XVIII, 19. 21. Petrus Simoni Mago, Actor. VIII, 20. Angelus Babyloni, Apocal. XVIII, 6. Christus Judæ & Synagogæ judaicæ in hoc psalmo CIX. Quo refertur etiam Væ illud Christi in Judam, Matth. XXVI, 24. divites Luc. VI, 24. cives Chorazin & Bethsaida, Luc. X, 13. Pharisaeos, Matth. XXIII. De his vero ita judicandum est, quod orantes illi non tam sui, quam gloriae divinæ rationem habuerint, atque sic non privata commoti injuria talia egerint. Præterea non erant ἐπιχαιρέανοι

nec pœnam de hostibus suis expetebant, ut suo indulgerent odio, sed quia illam justitiae divinæ deberi intelligebant. Porro non alicuius p̄fæposteri zeli fervore abrepti, sed prudentia propheticæ spiritus acti, non quosvis, sed eos execrabantur, quos sciebant esse incurabiles. Tandem etiam astutari debent preces tanquam vaticinia & propheticæ denuntiationes pœnarum futurarum in omnes Dei hostes non resipiscentes.

§. XVI. Sed an non tales imprecationses legi charitatis repugnant? cum & Deus a nobis sit diligendus & proximus noster: proximus autem noster non tantum est amicus, sed quoque inimicus. Vbi sciendum, ordinarie nulli hominum ex odio & privata vindicta esse impredicandum, sed potius pro omnibus orandum. Constat id potest (1) ex mandato de orando pro omnibus (2), ex p̄cepto hostium amore, (3) ex ipsa charitatis natura & indole, (4) ex ipsis charitatis officiis in scriptura delineatis, (5) ex prohibito christianorum adversus semet invicem gemitu, (6) ex professione universæ ecclesiæ nostræ, in minore Lutheri catechesi, litanie & hymnis ecclesiasticis, (7) ex generalissima omnium morum christianorum regula a Christo commendata: *quæcumque volueritis, ut faciant vobis homines, ita vos facite eis:* (8) ex suffragio doctorum celeberrimorum ecclesiæ cum veteris tum recentioris. Deducta sunt hæc argumenta latius a Domino Autore supra laudata dissertationis sub p̄fædio Domini D. Fechtii habitæ. Et ita quidem ordinarie se res habere debet: si vero res co deveniat, ut uterque, Deus & proximus, simul diligi non possit, & alterutrius amor necessario abjiciendus sit; tum vero nihil loci relatum est amori proximi, cum dilectione Dei pugnanti. Est enim Deus secundum legem, ante & super omnia diligendus, proximus autem usque ad Deum. Itaque qui proxim-

proximum supra Deum diligit, utramque legis tabulam violat: qui Deum supra proximum, neutrum.

§. XVII. An vero & nobis easdem imprecations imitari liceat? dum porro queritur, distinguendum esse putamus, ut supra monuimus, inter causam & personam, quæ causam tuetur atque defendit. Causa mala, quam malus aliquis defendit, damnanda est a nobis, semperque contra eam & quidem licite orare possumus. Pari tamen ratione, personam ejus condemnare & contra eam precari non licebit. Ratione personarum hostes nostri alii sunt privati, alii publici. Privati, qui quorundam tantum hominum particularium hostes sunt, iisque in hac vel illa causa adversantur, nullam interim inimicitiam cum Deo aut ejus veritate gerentes. Contra hos vero aliter orare non licet, si in nos injuriosi sunt, quam sicut dictum est, nimirum contra causam malam. Publici hostes sunt, qui non nostri tantum hostes existunt, verum Dei, veritatis, religionis, regnique Christi. Inter hos publicos hostes alii sunt *curabiles*, qui ex ignorantia vel alia quadam imbecillitate humana offendunt, sic, ut spes aliqua conversionis & resipiscientiae supersit. Adversus horum personas minime est orandum, sed tantum adversum eorum pessimas causas & actiones: imo pro personis & conversione eorum instantissime orandum exemplis Christi & Stephani. Alii vero illorum hostium sunt *incurabiles*, qui obstinate & ex malitia peccant, ita quidem, ut nulla amplius emendationis & conversionis suæ spes superesse videatur. In hoc vero casu examine opus esse quidam volunt, an nos habeamus spiritum discretionis, qui hoc novisse & a se invicem probe discernere queamus, nec ne? item an tantum gloriam Dei respiciamus, an vero etiam privatis affectibus laboremus? item an singulari spiritus Dei impulsu agamus? Hoc autem examine habito, deprehendemus nos prophetis & apostolis minime pares
in

in nullo horum. Vnde patere putant, nos non temere sanctos Dei servos imitari, sed contra Dei, ecclesiae & nostros hostes hoc potissimum orare debere, ut Deus malitiam eorum cohibere, malas consultationes & stratagemata repellere, manifestare & in bonum ecclesiae suae convertere dignetur: reliquum in illis judicium Deo committendum, memores illius Christi, Luc. IX, 54. seqq. Ab his abire non videntur, qui formulas precum, quibus exitium obstinati Dei hostibus in genere imprecamus, vitio & temeritate omni carere afferunt. Dum enim affectum charitatis impendimus singulis, nihil obstat, quomodo precemur in genere, ut Deus prosternat, consumat, dissipet & in nihilum redigat omnes suos hostes, ita quidem, ut maneat penes ipsum cognitio & vota nostra iudicium ejus non præveniant: neque de singulis etiam statuimus in hanc vel illam partem. Speciales vero imprecationes, quæ hunc vel illum speciatim concernunt, probare nolunt, sed regulam communem a Christo nobis præscriptam observandam esse indicant: benedicamus maledictibus & precemur pro iis, qui nobis infesti sunt. Sunt porro & alii theologorum, qui etiam contra personas quoque incurabilium hostium, a quibus tum malitia inseparabilis est, recte orari statuunt, si consilia illorum cum furore & manifesto veritatis & ecclesiae exitio expediantur; modo id non fiat ex vitioso affectu, sed pio zelo, & orantes relinquant Deo executionem suæ imprecationis, vel ad perditionem, vel ad conversionem impiorum; quod etiam ab ecclesiae praxi, quam in precibus & canticis observat, non alienum esse putant. Verum enim vero omnes in eo convenient, nihil in his talibus temere esse agendum, contra malitiam & consilia hostium præcipue orandum, contra personas autem Deo nihil præscribendum, sed Deo esse committendum, quounque modo is velit contra hostes agere, sive perdendo, sive convertendo

tendo. Et hanç normam obſervare debent omnes, qui contra alios p̄ ecari volunt, ſive privati illi fuerunt, ſive alii præfecti, parentes, præceptores, pastores, magiſtatiſ, &c.

. XVIII. Quia vero ſupra mentionem etiam fecimus imprecationum in creatureſ irrationales, ſive animatas, ſive inanimatas, & nunc paucis dicendum erit, quid de iſtiſ ſit ſtatuendum. In eaſ admodum proclives eſſe homineſ, quotidiana teſtatur experientia. Sic mercator, cum rerum jačeturam naufragus fecit, ventos execratur, & pelagus, & illiſ indignatur, optatque quicquid hoſtibus aliī. Sane Xerxes non ſolum mari verba dixit contumelioſa & imprecatus eſt illi, ac ventis poſt tempeſtatem & naufragium, qualia mari ac ventis poſſiunt eſſe contraria; ſed præ nimio furore atque dolore tales poenās exegit ab utriſque, quales nemo niſi ab amente expectari poſſet. Audi Herodotum lib. VII. cum quidiffet Xerxes (classem adortat tempeſtate fuiffe diſruptam) indigne ferens juſſit tercenta heleſpon-
to verbera infligi. ¶ in ejus pelagus par compedium demitti: jam audivi miſſiſſe quoque cum hiſ etiam, qui ſtigmata Helleſponte inuarent, certe mandavit, ut collophos Helleſponto inuarent, dicenteſ barbaro verba ac veſana. Sic agricola dum frugeſ vi-
det exuſtas ab uredine, & a noxiо vento ſpem, quaſ ſe ostentabat, a ſegetum viridiitate vanescere, mille in ven-
toſ jačet convitia, mille precatur infortunia. Plerumque etiam calamo iraſcimur in ſcribendo, eumque collidimus & frangimus; & aleatores tefſeris & piectores penecillo &c. In ſacriſ notabilia plane ſunt exempla Jobi & Davidiſ. Ille cap. III, i. seq. prolixe natali ſuo maledicit. Excufare eum quidem vult Chryſoſtomus, ſed a peccato penitus li-
berare nequit, quando ſribit: (a) *Sicut si quis apostematiſ morbo circumventus ferro recidatur a medico, non habens, quo- modo recidenti adverſetur, circumſtancia ſangis, atque iſtanteſ*

Eiſiſ orationeſ ſed in diuinis orationeſ ſequitur.

(a) Homil. 4. de patientia Jebi.

mordet, illis quidem inferre nihil habens, ad medicum autem exten-
dere manus non valens: Sic & Job blasphemiae magnitudines
timens, facit inanimatis injuriam atque fiduciam passione adauger,
non contra Deum audens, sed se denique accusans. Et mox.
Maledicit non creaturam, sed sui ipsius diem; potestatem habeo
dies meæ, non maledico creatori, mei ipsius dies est maledico, q. d.
maledico diem, non quatenus dies est Dei, sed quatenus meus est,
hoc est, mibi tam misero, & meæ nativitati maledico. David
vero imprecatur montibus: 2 Sam. I, 21. O montes Gilboæ,
ne ros neve pluvia decidas super vos: Sed ab Abulensi & Sanctio
excusat, quod non voluerit montibus maledicere, sed
ex dolore nimio aliis saltē indicare, quid & quantum in
se patiatur. Hinc ille scribit Davidem hoc ex animo non pre-
catum esse, sed ut eo dicendi modo, qui his, quos gra-
vis excruciat dolor, familiaris est, offendaret, quam ipse
graviter in tanta Saulis ac illustrium virorum strage condo-
luerit. Hic vero dicit, Davidem non esse frustratum suo
desiderio, quia non sterilitatem optabat montibus, sed
tantum cupiebat aliis esse notum, quid ipse ex communi
Israëlitarum incommodo sentiret. In universum igitur de
his similibusque imprecationibus sequens observari poterit
judicium. Si iste habeant respectum ad Deum, & ejus
providentiam, quæ circa illas creaturest versatur, sunt
blasphemiae; si ad hominem, qui est dominus earum,
tum sunt injuriae; si ad ipsas creaturest per se simpliciter
consideratas, tum sunt indicia cordis & oris amarulentia
pleni: si ad malum aliquod per illas existens, tum vel fi-
guratæ locutiones debent esse, 2 Sam. I, 21. vel sunt impa-
cientiæ motus improbandi, Job. III, 1.

§. XIX. Generalibus illis hoc modo deductis ad specia-
lis quæstionis decisionem si descendimus, non unam im-
precantium classem supra fuisse adductam deprehendimus,
& hinc etiam non una eademque regula astumandam.
Quod enim testatorum horrendas sape execrationes, testa-
mentis

mentis ad pias causas seu donationibus ecclesiasticis adiectas & ex psalmo nostro desumptas attinet, illæ excusari & pro licitis haberi possunt, quia factæ sunt ratione gloriae Dei & boni publici, non ex cupiditate vindictæ privatæ, sed ex pio zelo pro bonis, quæ non amplius testatoribus propria, verum Deo solenniter per schedulam in altare depositam dicata erant. Præterea imprecations illæ fuerunt directæ contra hostes Dei publicos eosque incurabiles, quod ex adiecta conditione, *si non panituerit*, patere potest. Re-spiciebant quoque hostes istos in genere duntaxat, teste formula: *si quis hominum, quod absit. Gc. testamentum hoc malo ingenio infirmare & infringere presumserit. Gc.* nulla facta particulari applicatione. Tandem cumulatione illa execrationum voluntatem suam enixissimam testatores indicare voluerunt. Hinc etiam a theologis & moralistis ejusmodi execrationibus validitas inviolabilis asseritur, tum quod voluntatum illarum ultimarum violatio gravissimum adversus legem gratitudinis peccatum sit; tum, quod effectus harum execrationum non sit spernendus, non quidem ideo, quia talis maledictio ab homine scripta est: *hominum enim per se hac in parte nullavis, sed quia Deus talen effectum transgressoribus adjudicat, sua severe sape vindicans.* Magni quoque nominis jure consulti (*a*) ipsos quoque principes monuerunt, ne execrationes illas nihil haberent, cum præcipue plura eaque tragica exempla a quibusdam fuerint consignata, quæ neglectam religionem se ipsam ultam esse satis declarant. Hoffmannus in antiquitatibus Walkenredensibus (*b*) sequentia habet: *Hujusmodi imprecations nunquam vel raro admodum viribus suis fuisse destitutas, vel tristia illa ac vere fletilia exempla, quæ patrum nostraque memoria in monasterio acciderunt, satis superque possunt redde.*

E 2

(*a*) Vid. Excell. J. S. Stryckii dissert. de execrationibus testatorum Cap. 2, §. 42. seqq. (*b*) Manuscript. lib. 1. cap. 12, apud supra laudatum Da. Leuckfeld. loco citato pag. 31.

reddere testatum : quorum equidem indicem prolixum hic dare
forsitan non adeo esset difficile , sed opera isti certis de causis in pre-
senti parcentes .

§. XX. Similiter judicandum erit de maledictionibus ,
quas salutaribus constitutionibus adjectas interdum fuissent ,
supra quoque indicavimus . Additæ illæ sunt boni publici
gratia , ut major reverentia actionumque obligatio in ani-
mis subditorum producatur , non ex vindicta privata , sed
ex zelo pro iustitia . Non ad certam respiciunt personam ,
sed in genere omnes feriunt injustos judices , sub intellecta
tamen conditione , nisi penitentiam egerint . Voluerunt
denique legislatores illis imprecationibus enixissimam su-
am voluntatem , de observandis accurate illis constitutio-
nibus , indicare . Audiamus Excell. Dn. D. J. S. Strykium :
(a) quilibet certe hic facile conjicere potest , non rancorem aut ve-
hementiam odii in certam personam , causam dedisse his execratio-
nibus : quin potius imperatores optimos ab iustitia committenda ,
absterrere voluisse iniquos judices . Quapropter harum maledictio-
num , uti omnium actionum bonitas ex fine § salutari scopo facien-
tis metienda est .

§. XXI. Verum enim vero longe alterius conditionis
sunt imprecations , per annuam psalmi nostri precationem ,
in hominis necem , minimum ex intentione precantium ,
directæ . Ista enim multis modis peccant in ea , quæ ge-
neraliter circa imprecations observanda esse indicavimus .
Primo : Non sunt contra hostes publicos Dei , veritatis ,
religionis , &c. sed contra privatos , qui in hac vel illa cau-
sa vel revera , ex officio , interdum etiam ex malitia , ad-
versantur vel saltet adversari videntur . Quo in casu non
contra personas , sed contra mala ipsa est orandum . *Se-
condo :* Funduntur non ex pio zelo pro Deo , religione , salu-
te publica , &c. sed ex mera privata vindicta cupiditate &
perturbatis animi affectibus : hinc etiam imprecantes isti
postea

(a) loco citato , cap. 1. §. 46. seqq.

postea gaudent de malo, quod forte adversarium premit. In precibus vero ad Deum, nihil dandum est affectibus propriis. Quando in seditione intestina Hierosolymæ inter Aristobulum & Hircanum, hi, qui Aristobulum in urbe obsidebant, urgerent extra Oniam, virum iustum & Deo charum, qui precibus suis multum valebat, & aliquid in siccitate pluviam impetrarat, ut Aristobulum cum suis devoveret diris, postquam diu frustra recusasset, tandem in hunc modum precatus fuit, referente Josepho:

(a) Deus universus hujus mundi rex, quoniam & hi, qui in cum stant, tuus es populus, & qui oppugnantur tui sunt sacerdotes, precor, ut nec hos contra illos, neque illos contra hos orantes exaudiatis. Ob quam quidem orationem ille a suis obrutus fuit lapidibus, pie nihilominus ac prudenter docuit in oratione ad Deum, non esse studendum partibus affectibus ve.

Tertio: Tales preces non tendunt ad consiliorum malorum interruptionem, & subversionem, neque ad emendationem adversarii per temporalem aliquam afflictionem, sed plane ad destructionem tum temporalem tum æternam. Qui inter illos imprecantes clementiores esse voluerunt, ii certis signis hostes in tempore monuerunt, ceu ex aliis percepimus, ut salutis suæ rationem haberent, & se debite ad mortem præpararent. Quantum vero malum sit ista ratio ne contra alios orare, vel intentio prava indicare poterit.

Quarto: Magnum flagitium est, id, quod soli Deo & servatori nostro Christo competit, nefario & idololatrico aufu ad privatam suam vindictam transferre. Christus hujus universi judex, nullis corruptus affectibus, nullique obnoxius peccato, in nostro psalmo CLX. jure execratur eos, qui maiestatem ipsius laeserunt. At homo tot peccatis obnoxius, nullamque judicandi alios facultatem a Deo habens, ipse judicio, in quo consistere nequit, subjiciendus, abs que insania nota sibi tale quid simere nequit.

Quinto: Gra
viter

E 3

(a) Antiquitatum Judaicarum, lib. 14, cap. 3, p. m. 470.

viter porro peccant in Deum, cumque affecti contumelia
afficiunt, multis modis, contemnentes illius expressum
mandatum, spernentes illius exemplum, quod imitari de-
dignantur, precanini pro iis, qui vobis infesti sunt, & perse-
quuntur vos, ut sitis filii patris illius vestri, qui est in celis,
Matth. V, 44. seqq. partes Dei invadentes, Rom. XII, 19.
illum non agnoscente pro justo judgee. *Sexto:* Quantum
in se est, vult ejusmodi execrator Deum justissimum,
juxta affectus suos humanos ac injustos judicare prox-
imum. *Ego repandam dicit Dominus.* *Septimo:* Audi-
cissimum plane factum est, quia id sibi sumit homo, in
inimicum ad Dei imaginem formatum, quod ne angelus
quidem in Satanam sibi sumere voluit. *Michael Archang-
elus ille, cum adversus Diabolum altercans disceptaret de cor-
pore Mosis, non ausus est illi impingere notam maledicti, sed
dixit: increpet te Deus:* Jud. vers. 9. *Oetavo:* Ipsi impre-
cantes communem naturae legem violant, quod nemo
in propria causa judex esse debeat. *Novo:* Sibi ipsis tales
plurimum nocent, dum obnoxii sunt poenis divinis: se
ipsos justo divino judicio privant, privatum exercentes ju-
dicium, atque iram & ultiōrem Dei in se provocant.
Der Mensch macht Gott, so viel an ihm, zu einem executore und
Scharfrichter, der nach seinen Gefallen falsche und unbillige Urtheil
mit dem Nechsten procediren soll: scribit Danianerus. (a)
*Malum, quod in sua capita resilire credunt, si vel semel
hunc psalmi precatio intermittatur, etiam absoluta ex
ordine lectio sentient, nisi poenitentes ad Deum re-
dierint.* *Decimo res ipsa plena est superstitione, quando
cogitantis preces debere restringi ad annum integrum
sine ulla interruptione, salutationem nec accipiendam
esse, nec redendam, & quæ sunt alia hujus generis inania.*
Undecimo Præterea partim ex judæorum irreligiositate,
partim ex gentilium quorundam moribus pravis deducta
est

(a) in lacte catechet, part. I, cap. 33, pag. 479, conf. ejusd, coll,
decal, pag 429. & 431.

est pessima hæc consuetudo. Prius colligi potest, ex epistola summe reverendi Domini ab Hardt ad venerabilem Dn. meum præsidem scripta suo loco dissertationi huic inserta: posterius indicant illorum incantationes aliaque præstigia adhibitis carminibus exercitæ, quas hac vice producere nobis integrum non est. Taceo alias rationes, quæ abusui huic, si temporis ratio permetteret opponi possent.

¶. XXII. His omnibus tamen non obstantibus, imprecantes isti suis imprecationibus varios querere solent colores, quorum aliquot in medium producemus. Primo putant, se non videre aliam viam elabendi, ex multis fæpe injuriis, quibus a proximo premantur: cum fæpe non sunt judices idonei & æqui, coram quibus innocentia vindicari & palam fieri queat; imo vero judices vel jam antea infensi, vel per falsas delationes inimici facti sint, ut ab illis tam facile sperari nequeat justitia exercitium. Verum enim vero in tali casu sciendum est, judices fæpe ex ingenio aliorum tales astumari, quales revera non sunt. Posito autem judices officio suo minime satisfacere & ita peccare, non tamen sequitur: ergo & ego peccabo & privata vindicta mihi consulam. Neutrum enim & faciendum: nec illius peccatum, meas actiones pravas reddet bonas & justas. Caro quidem illud suadet, & mundi etiam judicium consentit; sed longe aliud remedium præferbit nobis verbum Dei: nempe precibus confugiendum esse ad Deum, & ad illum tanquam summum & supremum judicem provocandum, hisque armis pugnandum esse, si modo Dei auspiciis vincere cupimus. Deo in tali casu omnino nostra sunt committenda, & is erit certissimus innocentiae testis & omnium injuriarum nobis illatarum vindex severissimus. Patet id exemplo Davidis, qui aliquoties quidem conatus est se aquid salem purgare, sed cum videret, se nihil proficere, judicem Deum

Deum appellat, eique commendat causam suam libera-
tionemque a manu Saulis 1 Sam. XXIV, 9. seqq. Patet
idem exemplo Christi, 1 Pet. II, 22. & expressis Scripturæ
testimoniis: *Ne dicas, rependam malum; expelta horam* &
servabit te Prov. XX, 22. ne dicite, quemadmodum fecit mihi
ita faciam ei: reddam isti viro secundum opus ipsius. ibid. XXIV,
29. Rom. XII, 19. & alibi.

§. XXIII. Secundo provocant ad exempla virorum
etiam sanctorum, quorum imprecatio[n]es in sacra scri-
ptura memorantur, nec non doctorum ecclesiasticorum,
quorum preces contra alias historia ecclesiastica minime
tacuit. Nolo prioris generis exempla, suprajam recensita,
repetere, aut illis plura adjicere. Ex altera classe que-
dam proferam, quæ illis forte favere videntur. Alexander
episcopus Constantinopolitanus, postquam audiverat,
Arium in communionem ecclesiarum recipi debere, in ecclæ-
sia, quæ cognominatur Irene, se solum inclusit, & ingressus
ad altare, sub sacra mensa pronum se humili prostravit.
Deo cum lacrymis supplicans. Atque hoc multis diebus ac
noctibus continuatis gessit. Porro petiit a Deo, & quod
petierat, accepit. Petatio autem erat hujusmodi: (a) ut si
quidem recta esset Arii sententia, ipse diem disceptationi pre-
stutum nequaquam videret. Sin vera esset fides, quam ipse pro-
fiteretur, ut Arius impietatis paenam fueret, quippe qui omnium
malorum auctor esset. Athanasius paulo distinctius easdem
preces consignavit. (b) Oravit, inquit, aderat autem cum
eo Macarius socius orationis, qui ejus verba exceptit. Postulabat
autem alterutrum, si Arius inquietus, crastino die in synaxin in-
troduceretur, nunc dimittas quoso servum tuum Domine, & non
pium una cum impio perdas. Sin autem ecclesia tua parcos, scio
autem, quod parcos, respice in verba Eusebii, neque des in exi-
tium & vituperium fortē tuam, & tolle Arium: ne eo recepto in
ecclæ-

(a) Socr. Histor. ecclæs. lib. I. cap. 37. p. m. 73. (b) in epist. ad
Serapionem de morte Arii, p. m. 523.

ecclesiam, videatur si nulcun eo & hæresi recipi, neve deinde
 impietas pro pietate habeatur. Sic etiam Didymus contra
 Julianum Imperatorem preces fudit, felici successu, refe-
 rente Sozomeno: (a) Eodem die (quo Julianus fuit inter-
 fecitus) Didymus ecclesiasticus philosophus Alexandriæ degens,
 cum iupore imperatore adversus religionem peccante, gravissimo
 dolor afficeretur, tum propter ipsum vario errore deceptum,
 tum ob contumeliam ecclesiarum jejuniis & orationibus vacabat.
 Cumque prænimiria sollicitudine, ne superveniente quidem nocte
 cibum sumfisset, in cathedra sedens somno oppressus est. Ac velut
 in mens excessu positus, equos candidos per aërem discurrentes
 videre sibi visus est, virosque ipsis insidentes, ita clamantes audire:
 nuntiate Didymo, hodie Julianum hac ipsa hora peremptum esse;
 idque ille Athanasio episcopo significet, & surgens comedat. Ita
 etiam Lutherus belli rusticani autoribus minatur, se pre-
 caturum contra eos, teste Sleidano: (b) Ego precibus
 instabo, sicut dixi: quanquam sane malim ita vos compareatis,
 ut ne mihi sit necesse precibus adversum vos agere. Nam etsi
 peccator sum, tamen & justam esse precationis mea causam, &
 exaudiri quoque meas preces, nihil dubito: vult enim Deus no-
 men suum sanctificari, & nobis etiam sic orandum esse, com-
 monstravit. Hoc toro itaque vos atque etiam ovo, ne precationes
 meas & aliorum despiciatis, quid enim possint & efficiant, uestro
 certe maximo male sentietis. Forte & hue quis referet execra-
 tiones magnorum illorum virorum Chrysostomi & Epiphanius,
 discordibus animis a se invicem discedentes. (c)
 Hic enim, cum jam navem consensurus esset, hæc
 Joanni denuntiasse dicitur: spero te non moriturum esse epi-
 scopum. Ille vero eidem respondisse fertur: spero te non
 perventurum esse in patram. Vtique hujusmodi exitus
 contigit. Nam neque Epiphanius navem appulit Cy-
 prum, cum post discessum mortuus sit in navigio; &

F.

Joan.

(a) H. E. Lib. 2. p. 638 (b) Comment. lib. 5 p. m. 133. (c) Socr.
 Hist. Eccles. 6, 14. p. m. 321 Soz. loc. cit. 8, 15. p. m. 778.

Joannes non multo post ex episcopali fide dejectus est. His similibusque exemplis imprecantes isti putant, se via incedere ab aliis toties trita. Sed quid de illis judicandum sit, jam supra fuit indicatum. Nimurum sancti illi, quorum in scriptura sacra mentio fit, non tam sui quam gloriae divinae rationem habuerunt; nec ex cupiditate privatæ vindictæ pœnam de hostibus suis expetebant, sed quia illam justitiae divinae deberi intelligebant: non quosvis, sed incurabiles feriebant: & sœpe denuntiationes tantum erant futurarum pœnarum. Non alia judicia ferre possumus de Alexandri, Didymi & Lutheri precibus, quæ pro Deo, veritate, religione & bono publico fuere fuisse. Ita enim ipse Athanasius (*a*) factum illud ab omnibus æstumatum vult, quando scribit, Alexandrum, gaudente ecclesia, cum pietate & sana fide communionem celebrasse una cum omnibus fratribus, Deum gratias agendo, glorificantem, non quod de morte hominis lætaretur, absit: omnibus enim hominibus constitutum est semel mori; sed quod res humana judicia superavit. Ipse siquidem Dominus judicem se præbuit minis Eusebii & Alexandri precibus, hæresi Arioram condemnavit, ostendens eam indignam esse communione Ecclesiae omnibusque manifestam reddit eam, tametsi ab imperatore, & ab omnibus mortalibus adjuvetur, ab ecclesia tamen damnaram esse: declaratumque est, officinam Ariorum non Deo gratiam, sed impiam & inimicam esse. Non alia ratio est Didymi & Lutheri precentium, qui causam respexerint Dei, ecclesiæ & reipublicæ. Si vero quidam fuerunt in ecclesia etiam viri celebres, qui in istiusmodi imprecationibus aliquid humani sunt passi, non eorum exemplis vivimus, sed legibus. Non quid factum fuit, erit respiciendum, sed quid fieri debebat. Hinc si ex vero referuntur imprecations istæ Chrysostomi & Epiphani, eas probare minime possumus. Simil autem observamus

præ-

(*a*) in Epist. citata.

præente Caveo; (*a*) ex una parte viros etiam piis & prædentes in voces minus consideratas prorumpere, & subitanis affectibus abripi posse? & ex altera parte Deum sæpe hominum vota implere & permettere, ut fructus votorum inconsideratorum & cum lenitate christiana minime convenientium, ipsi sentiant. Ceterum narratio ipsa nondum extra dubitationis aliam posita est. Socrates enim ex vaga traditione factum refert, eique ipse subiicit sequentia: (*b*) utrum porro vera mibi dixerint, qui ista narrarunt, eisdem non possum affirmare. Neque etiam Socrates & Sozomenus, si versionem Valesianam sequi volunt, in circumstantiis convenientiunt, cum ille verba proposita scribat eo tempore, quo Epiphanius navem consensurus erat; hic vero Epiphanium Joanni illa scripsisse, & Joannem Epiphanio rescripsisse; licet in græco habeantur vocabula εὐλαύτες & αὐτεὐλαύς, quæ declarationem duntaxat denotat, sive illa ore fiat, sive literis. Ex alio præterea capite Baronius (*c*) refellit hanc de prophetiis relationem, falsam scilicet esse causam, quæ his imprecationibus ansam dedisse dicitur. Illam autem quidam volunt fuisse, quod Epiphanius relegationi Joannis consenserit. Cum vero nulla præcesserit ejusmodi de Joannis exilio lata sententia, cui Epiphanius assensum præbuerit, quod nondum causa agi coepit fuerit; jure et de prophetiis invicem pronuntiatiss, commentum esse putat.

§. XXIV. Tandem etiam urgere possent execratores isti effectum talibus precibus, debito tempore & modo peractis, respondere, atque adeo non esse irritas, sed Deo placuisse, cu[m] ex eventu colligi posset. Sed unde homines isti certo sciunt, his precibus respondisse effectum? anne inductionem omnium exemplorum accurate convenientium producere & necessariam inter pre-

(4) antiqu. eccles. p. m. 891. (5) loco citato. (c) ad ann. Chr. 402, pag. m. 154.

ces istas & effectum, hominis scil. mortem, connexionem ostendere possunt? Aliud certe est aliquid sequi aliud, aliud vero sequi ex alio, tanquam ex causa, prout in moralibus plura exempla commonstrant. Sequi interdum mortem hominis post preces illas fusas, concedimus: ex iisdem vero tanquam ex causis illam sequi, penitus negamus. Fieri quippe potuit, vel ipsum vitæ terminum a Deo præstitutum eo tempore adsuisse; vel monitos ab imprecantibus, quod sæpe accidisse audivimus, mœrore intensò morbum imo mortem sibi contraxisse. Antertium his duobus vel quartum sit addendum, hactenus quidem ignoro, plura tamen indicantibus lubens aures vacivas præbebo. Id interea certum esse puto, preces illas, adversus alios institutas, nullam apud Deum locum, nullam vim habere posse, quia iniqua petunt. Testis ea de re erit Jacobus IV, 3. scribens: *Petitis & non accipitis, eo quod male petatis, ut in voluptates vestras insimatis:* cui contentit Joannes IX, 31. *Deus peccatores non audit;* præcipue cum in superioribus ostensum jam sit, imprecantes istos multis peccare modis. Imo non sacri duntaxat scriptores, impulsi spiritus sancti agitati, haec talia afferunt, sed & genitiles, naturæ duntaxat lumine dœti, agnovere turpia sæpe vota habere homines, & a Deo propterea ferre repulsam. Audi, si placet, Senecam, virum prudentem & actionum humanarum trutinatorem accuratissimum. Is ex Athenodoro id indicium animi omnibus cupiditatibus soluti indicat, cum eo quisquam pervenerit, ut nihil Deum roget, nisi quod rogare palam possit. Nunc enim, subjicit (a) *quanta dementia est hominum, turpissima vota.* Diis insuffrunt: *si quis admoverit aurem, conticescit, & quod scire hominem nolunt, Deo narrant.* Si quis ergo ea vota ad Deum detulerit, præcipue si eum proximo iratum voluerit, nunquam is exaudiatur, eodem sapiente pronunti-

(a) Epist. 10.

nuntiante: (a) Deus est, tam perdis operam, cum illi irascitur,
quam cum illum alteri precaris iratum. His verbis clarissime
indicat, injustas adversus alios preces nullam habere effi-
ciam. Atque de his in genere non male Cambyses & ex
hujus institutione Cyrus filius sensere, nempe: qui opta-
rent ea, quæ non fas sit, illos merito sic apud Deos nihil impetra-
re, ut qui petunt iniqua, repulsam apud homines ferunt, quod
de illis Xenophon (b) tradit. Jucunda denique sunt at-
que festiva, quæ apud Lucianum (c) Menippus narrat,
ut Jovem ad feneſtram ſedentem, precibusque homi-
num vacantem viderit, & quod ad ſuum quisko e votum
reſponſum tulerit. At Jupiter audiens & ſingula vota di-
li-
genter expendens, non omnibus pollicebatur: verum hoc conces-
ſit Saturnius, abnuit illud. Nam iusta vota per os feneſtra
furſum admittebat, admissa ad dextrum ſtatuerit, rurſus iniqua
remittebat irrita, ſtatu deorſum redigens, ne poſſint ad cœlum
accedere. Cum ergo iniqua vota a Deo non exaudiantur,
teſtibus ſacris prophanisque ſcriptoribus, fruſtra provo-
cabunt execratores ad exoptatum ſuarum imprecaſionum
eventum. Finem hac occaſione diſſertationi noſtræ im-
poſimus illo Luciani (d) ex græco in latinum traſlatō;

*Si non delinques, tibi dilique hominesque favebunt
Praſtabunt faciles, queaque precatus erit.
Aſt ubi peccaris, cefſat favor, omnia plena;
Sum odii, facta & foys aliena tibi eſt.*

Si & nos omnem præter ſpem in ſcribendo peccavimus,
ne lectoris benevoli favor cefſet, ſed contra illius gratia
nobis, emendationem promittentibus, parata ſit,
obnixe rogamus.

(a) de ira lib. 2. cap. 30. (b) de instit. Cyri. hist. l. 1. p. 26. (c)
in Iraro Merupp. Tom. n. pag. 707. ſeqq. (d) Tom. 4. p. 174.

Est Numen summum, totum quod temperat
orbem,
Nec patitur vanas supplicis esse preces,
Quæ sine labo mali, redolent nec spicula mortis,
Nam Deus est justus, qui modo iusta cupit.

prospera quævis ita appreciat

ANDREAS HOMBVRG,

D. Pandectar. P. P. O. & Dicasterii
Guelpherb. Assessor.

Credis, quod populum demens persuasio fallat,
Demens, dum cantu vocat in tertamina divos?
Quidni magna precum vis sit, dexterima cantus
Regula? Quin peritas inimicum carmine sancto?
Mitior ast nobis mens sit, qui reddere torvo
Hosti non ferrumque minasque aut vulnera jussi.
Carminis est igitur sancti suus usus in hostem,
Numine qui pereat præcelso, judice justo.
Incantare nefas, quem incantet Numinis aura?
Carminis est etiam sancti permagnus abusus.
Quod pauci capiant, pauci distinguere norint.
Omnia sunt usi distincta, atque omnia abusu.
Sunt bona cuncta bonis, ut sunt mala cuncta
probrosis.

Tutior ast viasit, quæ parcat; tata precando
Prospera, condonet. Candentes promere prunas
Præstat, quas cervix hostis vel terga capeffant.

*Dotissimo Dno. HEINIO futuro oratori
Ecclesiastico circumspetio scr.*

HERMANNUS von der Hardt.
Mens

MENS lædit perversa bonos & lædere gaudet,
Atque vel æterno devovet exitio:
Tu contra prodeſſe ſtides: mens rectior iſta,
Hæcque eſt ingenio digna palæſtra tuo.

Prospere omnia precatur ſcr.

IVSTVS CHRISTOPH. BÖHMER,
Polit. & Eloq. Prof.

Arff ſich ein ſolch Gebet zu Gottes Himmel
wagen/
Das ſeines Feindes Todt und Ungelücke ſucht?
Kan der gerechte GOTT ein Amen dazu ſagen/
Wenn man in dem Gebet an statt des Seegens
ſucht?
Das tolle Jüden - Volk / voll Aberglauben/
Griſſen/
Der Sinnen ganz beraubt / von träumen ein-
gewiegt
Vermeint der Himmel thu' nach dem vergaſſten
Wifſen/
Wenn es fein eſt für Gott mit einem Psal-
me liegt.
Dem fallen leider! bey viel Gott - vergehn'e
Christen/
Zu kühlen ihren Muth / den Feind zu beten todt;
Gerade als ob wir aus Gottes Wort nicht wüſten/
Dafſ ſolch Gebet auf Sie bring Unglück und
Noth.
Dafſ

Daß es ein Weirauch-Damff / daran sie selbst
ersticken
Daß es ein starker Gifft und Pest der Seelen
sey;
Der Himmel werde auch drauf kein Exaudi schicken
Denn GOTT fällt nimmermehr der Menschen
Rachgter bey.
Dies hat mein werthster Freund mit rechten Geist
erwogen/
Darum Er auch der Welt den tollen Missbrauch
zeigt/
Und wie so mancher sich mit diesen Psalm betrogen.
Ich bete stets zu Gott daß Er Ihm sey geneigt.

Dieses wollte seinem werthen Tisch- und
Haus - Genossen zum Andencken
sezen und wünschen

JO. CHRISTOPH LASDORF,
Past. des Closters St. Marienberg
vor Helmstedt.

Fahre fort / beredter Mund /
Mache kund
Was von GOTT Dir beylegt /
Was man pflegt
Bey dem Lehren
Zu verehren.

Zwo

— 49 —

Zwo Eascheder /
Zung und Feder

Seyn Dir / der Geltchten Bluhm
Und der Wahrheit Eigenthum

Zu sietzen. Nuhm.

Schrieb seinem wehrfeilen Herrn
und Respondenten aus billiger
Hochachtung,

B. J. Mensch / von Langelsheim.

Sie quoque Docta cupis Doctrinæ Pulpita testes !
Dudum de Sacris ista probata fuit;
Inde TIBI certum promittit Pallas honorem,
Vtraque TE FAVTOR Pulpita AMICE
manent.

Faucis bisce Nobilissimo atque Dottissimo
Domino Respondenti suo applandebat

JOH. BEHR. WIDEBURG,
Th. & opt. art. Stud.

Was ist in diesem Rund so Edel wol zu nennen?
Das nicht dem Missbrauch soll auch unterwor-
fen seyn?
Macht mancher Thore ihm daraus nicht eine
Pein/
Wenn er den rechten Brauch für sich nur soll er-
kennen?
Die Zeit / die Lieb / das Geld / und was von Got-
tes Gaben

G Ein

Ein Christe mehr erkennt / mißbraucht die schänd-
de Welt
Zu einem Sünden-Dienst / der höchsten Gott
mißfällt.
Erschrecklich / Gottes Wort muß seinen Miss-
brauch haben!
Dah Dir / mein werthster Freund, von Herzen sind
mißfallen/
Die Miss-Gebräuch / und daß du recht hast
angewandt
Die Gaben Gottes / wird anjeht der Welt
bekannt/
Sonst würde auch Dein Ruhm so weit noch nicht
er|schallen|.
Wie Du zu Gottes Ehr wilt öffentlich bestreiten
Den schänden Sünden-Brauch / so an des Her-
ren Wort
Verboßt wird ausgeübt an manchem bösen Ort.
Fahr fort! Dein Fleiß wird bald noch grösre Ehr
beschreiten.

Seinen wehrten und liebsten Freund zu Ehren
hat dieses wenige aufsehen wollen

BRANDANVS DEGNER.

M Memphis caligans furvans & cana vetustas
Theſſalicos docuit rhombos, & murmurā Marsa.
Mox fallax ovum perfudit sanguine ranæ,
Monstravitque strigis plumam, viresque veneni
Quod profert Joleos. Jejunæ his addidit ossa
Nocturnis flammis Colehi combusta catellæ.
Nec sprevit quondam nec nunc Judæus Apella
Carmina commistos umbris revocantia Manes Sed

Sed Cantus stygios blaso demurmurat ore.
 Has hodie noctes æterno sulphure dignas,
 Et quarum fumum detergit victimâ nulla
 Ex regno Christi recte discedere cogis
 HEINI, Pegasidum qui dulcia nectarâ nosti
 Jeffaei manibus dum torques plectra eruentis.
 Molimen tantum Doctrinæ est classica testis.
 Ergo cantarem laudes, sed fausta vovebo:
 Prospera fata juvent prono conamine cœptam,
 Virtutique TVÆ decernat præmia digna
 Numen, præcipuos hoc est TIBI reddat honores.

*Nobilissimo preclare docto HEINIO, Respondente
 & Amico suo certo ita applaudefbat*

B. G. HÖLSCHER,
 Bennigseno-Hannoveranus,
 S. S. Theol. Stud.

TOxica purpureo delibat aranea flore,
 Ast exinde trahit nobile neâtar apis.
 Sic in salvifico piscatur codice mortem
 Pravus, sed vitam querit abinde probus.
 Augustæ laudat legis sic tortor abusum,
 Vsum dum stupida carpere mente nequit.
 Interæ Domini calcatur nomen ubique
 Atque secunda gemit regula sancta Dei,
 Ingenio quod dum disquiris AMICE sagaci
 Mystica Davidis verba canora legens;
 Gratulor ex animo votumque annesto labore
 Sustineas patrii spemque decusque soli.

*Nobilissimo Doctissimo Dno. HEINIO
 de egregio edito specimine ex animo
 gratulans scripsit*

LVCAS WILHELM KIZOV,

Golteri. Hannoveranus, S. S. Theol. Cultor.

G 2

SILEN-

SILENTIO,

QVO HACTENVS APTE VSUS
DOMINVS JOANNES FRIDERICVS HEINE
S. S. THEOLOGIÆ CVLTOR INDEFESSVS,
ORATORVM ÆMVLVS,
VIRTUTVM AMICVS,
CVM PROBIS CONSENTIENS,
AB IMPROBIS DISSENTIENS;
HOSPITIVM RENVNCIAVIT,
NON NESCIENS: TEMPVS ESSE, QVO
PRUDENTIS ELOQVENTIÆ MAGISTER SIT
SILENTIVM;
NON NESCIENS: TEMPVS ESSE, QVO
OPTIMÆ, ARTIS MAGISTER SIT ELOQVIVM
QVOD DICENDI TEMPVS JAM NVNC ELEGIT
CVM CATHEDRAM DISPVLTATORIAM
VIR JVVENIS ERVDITISSIMVS
ASCENSVRVS ET VERITATEM BVBLICE
PROPVGNATVRVS.
CVIVS LAVDABILI COEPTO SVMVM NVMEN
ASPIRET,
VLTERIORA CONAMINA BENE FORTVNET,
CONTINVIS STVDIIS FAVEAT,
CETERIS INSTITVTIS FELICEM EXITVM
LARGIATVR,
EXOPTAT ATQVE PRECATVR.

JOANNES FRIDER. SIEGFRIED,

S. S. THEOL. STVD. BVRG. BRAND.



IOANNI FRIDERICO HEINIO
THEOLOGIAE STUDIOSO SEDVLO

S. P. D.

PRAESES.

Inqua a Deo potentibus tua opposita est dissertatione.
Tibi æqua petenti quod opponam, non habeo. Peius a
me studiorum & vita academica testimonium, quod
Tibi denegare nec volo nec possum. Quamvis enim diffi-
cile admodum sit testari de actionibus aliorum, qui nostris
sub oculis non semper versantur, nihilominus id nobis
erit abhuc liberum, ea dicere, quæ vel nos ipsi vidimus vel
ab aliis fide dignis audivimus. Id scimus, Te per qua-
triennium sere in IVLIA nostra, studio theologico sedu-
lam dedisse operam, & non duntaxat utriusque collegii
bomiletici membrum in templo academico fuisse, sed et-
iam alias urbis nostræ cathedras crebro animasse. Sci-
mus & illud, quod alii quoque afferunt, Te vitam studioso
theologo dignam apud nos egisse, neminique fuisse gra-
vem. Huic privato testimonio voluisti etiam addere pu-
blicum, quando præsens argumentum de abusu psalmi
centesimi noni eruditorum examini exhibuisti. In ap-
paratu ad illud colligendo, eoque postea digerendo, ut il-
lam collocasti diligentiam, quam desiderare potui, ita
idem in cathedra academica pro viribus defendisti. Hoc
ergo labore feliciter peracto, ex animo Tibi appreco
optima queque, simulque voveo, ut, Deo volente, patro-
nisque faventibus, in publica statione sacra publicas
pro grege Dei preces proxime fundere queas! Vale,
Deproperabam in academia IVLIA. d. XI. Augusli
MDCCVIII.

LECTORI

LECTORI BENEVOLO

S. D.

AVCTOR.

Exit nunc in lucem nova & tertia hujus dissertationis editio, diu iam ab eruditis, & bibliopola, sumptus ad imprimendum offerente, desiderata. Quid in ea praestiterim, paucis accipe. Primum operam dedi, ut editio hac a mendis istis typographicis, quæ in priores editiones præter opinionem irrefuerunt, purgaretur: deinde argumentum ipsum rara & curiosa antiquitate Iudaica, quæ in paucorum manibus versatur, locupletavi. Nam liber ipse, ex qua illa desumpta est, quantum ego quidem scio, in paucissimis bibliothecis publicis reperitur, cum nunquam typis exscriptus sit, sed in manuscripto adhuc lateat. Constat is ex duobus voluminibus in folio, quorum primum inscribitur: Translatio eines geschriebenen hebräischen alten Büchleins in teutscher Sprache aus der Kayserlichen Majestät Bibliothec mit lit. a. notiret. In hoc priori volume variae continentur orationes Kabbalistice, que partim Prophetæ Eliæ, partim aliis claris quondam inter Iudeos viris tanquam auctoribus suis tribuuntur. His accedunt etiam permulta mysteria kabbalistica, amuleta & id genus alia. Altera operis hujus pars eodem titulo gaudet, quo prior & literam b. signi loco haberet. In hac adhuc rariores artes docentur, quam in priori, sed non nisi superstitionis quibusdam orationum formulæ & inferorum evocationibus perficienda. Ceterum, sicut protocollum iudiciale, quod §. XI. extat, typis latini impressum est, ita ea etiam, quæ de novo addita sunt, iisdem literis excudenda putavi, ne exinde tam facile anfa arripi possit iis abutendi, si forte scriptum hoc in manus hominis imperiti & superstitionis incidat. Quamquam ex eiusmodi superstitionis rituum publicatione non facile aliquid mali extimescendum esse patet, cum vanarumque irrita sint omnia. Lectori vero erudito exempli loco esse posse sunt, quantis & quam nefandis superstitionibus gens Iudaica ex iusto Dei iudicio hodiernum immersa sit, postquam repudiato vero Messia renebras errorum præ luce veritatis amplecti maluit. Vale. Dabani in cœnabio Mariæbergensi prope Helmstädtum d. XIX. Martij anni M. DCCXXXV.

ad 92


EO.-Reg. 2002


01 A 6727



WA

Rho





11

**DISSERTATIO THEOLOGICA
DE
ABVSV PSALMI CIX
IMPRECATORII
VVLGO
Nom Gott - Beten
ANNO MDCCVIII.
SVB PRAESIDIO
IO. ANDREAE SCHMIDI
ABBATIS MARIAEVALLENSIS
ET
THEOLOGI IN ACAD. IULIA CELEBERRIMI
PVBLICE HABITA
NVNC VERO
REVISA ET AVCTIOR EDITA
A
M. IO. FRIDR. HEINE
COENOBII MARIAEBERGENSIS SVBVRBIS
OCCIDENTALIS HELMSTADIENSIS ET EMMER-
STADII PASTORE.**

HELMSTADII MDCCXXXV.
TYPIS EVCHOLTZIANIS.